bellato Aegyptum subegit Smerdem fratrem regni | persarū.
successorem per Magum quendā de medio sustulit
ipse equū ascendens elapso nisi gladio poenas
parricidij dedit: Magus ille regnū occupavit in- | Magus Rex per-
nimis diuturnū paucis mensibus Mago interempto | sarū.
Darius Histaspes equi beneficio q ante solis ortū | Darius 3us Rex
initum ediderat, ex pacto persarū Rex à Diis | persarū
ratus creatur. Babylonem et Zopyrū amicū recipit | Esd. 5 Aggaei 16
Zorobabeli Judaeo stirpis Regiae potestatem Hieroso- | Zorobabel
lymitanam tēpli absolvendi facit. Eadem fere aetas et sa- | Rex Judaeo-
pientum feracissima fuit et tyrannorū. Periander | rū. 
Corynthi

Periander Plut. — Periander Corynthi regnum occupavit. Is supplicium de nautis sum-
psit à quibus Arion vectimonus coactus fuerat à navi
Just. lib. 2. — in mare desilire, Pisistratus Athenis, Solone nequicquam
obsistente, Trasibulus Milesij, Polycrates in Samo insula,
Her. lib. 3. — Agrigentinus Phalaris Tyrannorum crudelissimus in Sici-
Dion. lib. 4. — lia dominatus est.
Livius lib. 1. — Tarquinius Superbus Servio Socero interfecto regnum
invasit Pop. Rom. ac praecipuis senatorum se carni-
ficem praebuit. Idem quasi fuligine abstersa Jovis
Capitolini templum condidit, aede Jovis Latialis in
Albano monte constructa. Ferias latinas instituit, sup-
dorsum Quirinalis Viminalis Esquilini montis agge-
rem duxit. Inde ad bella conversus Volscos
acie vicit, Gabijs Sexti filij dolo potitus Urbem
Ardeam circumsedens, propter illatum ab eo Sex-
to Lucretiae stuprum, Bruto authore, regno exu-
Tarquinius regno pulsus — itur. cum regnasset annos XXXV. Regnatum est
à Regibus prope CCL annis, Consimilis eam
Justin. lib. 2. — Tyrannis Athenis exegit. Hipparcus seu [illegible]
Thucydides lib. 1. de bello peloponnesiaco — Pisistrato natus ab Harmodio cuius sororem
violaverat et Aristogitone eius socio necatus est, Hip-
Hippias Hipparchi frater — pias Hipparchi frater Tyrannide exturbatus ad Da-
rium Hystaspem Regem Persarum fugit. Hinc Tyr-
rannorum aetati utriusque Lyricorum Poetarum fe-
tus successit. In Graecia Sappho, Alceus, Stesichorus,
Poetarum memoria — Simonides, Anacreon, Pindarus uno omnes tempore
Eufro[illegible] in Chio — nomen habuere, Roma autem complures Rom.

Cinos

cives. Urbe liberata exactis Regibus Consules bini quot annis Romae creari coepti, primi omnium Junius Brutus et Tarquinius Collatinus, sed Collatinus propter Tarquiniae gentis odium abdicare se coactus in eius locum Valerius Publicola suffectus est, qui legem de provocatione ad populum tulit. Brutus libertatis auctor et conservator liberos suos qui cum aliis primariis adolescentibus urbem Tarquiniis prodere consensissent supplicio afficit, ipse in praelio quod cum Tarquiniis commissum est fortiter certans cadit, illustribus charitatis monumentis in patria relictis. Porsena Rex cum Tarquinium superbum in pristinum Regnum restituerat bello Romanos petebat, Janiculum arcem occuparat, ad urbem decurrebat. Ecce tibi Horatius Cocles irruentes Hetruscos abstinet in sublicio ponte se, bis dum pons à tergo rescinditur, quo intercepto, incolumis transit et tranat ad suos. Porsena urbem diu obsessam, cum terruisset Mucii Scaevolae qui deceptam Regiam pro se dextram exusserat, virtute permotus, re infecta pacem cum Romanis fecit. Mamilius Tusculanus superbi Tarquinii ... patrui, maximas adversus Romanos copias comparabat; Ergo Romae Titus Largius primus Dictator creatus Spurium Cassium sibi magistrum Equitum elicit. Hoc metu bellum sopitum. Haud ita multo post contra Tarquiniorum copias bene pugnatum est.

Plutarchus in vitis ... Livius l. 6. Just. l. 2.

Consules primum Creati Romae.

Brutus amor patriae vicit ... iis non pepercit

Porsena Rex Hetruscorum

Horatius Cocles

Scaevolae virtus

1us Dictator creatus Romae

in pugna Tarquinij spes omnes cum Manlio cecidere

Darius pugnat cum Atheniensibus pugnat sed vincitur a Miltiade

Pari euentu Darius Hidaspis Atheniense regnum Hippiae restituere conatus est, quippe ei cum sexcentis armatorum millibus bellum Athenis inferenti Miltiades Atheniensium dux cum paucitum millibus decem celeriter ad marathonem occurrit eosque fractos ac fugatos trophaea constituit. Longo dispari fortuna Roma fundata est, Liberata externis hostibus intestina discordia pene concidit, plebs a Patribus et Senatoribus vexata in sacrum montem transfugiunt secesserant, sed menenij Agrippae oratione delinita. Tribunorum plebis praesidio aduersus patres accepto in urbem reuertit. Mox discordia pene bellum ciuile successit. Martius Coriolanus Tribunorum inuidia urbe pulsus Volscorum armis omnem pene ditionem Romanis ademit, romamque obsidione fregit, et Veturia matre ad eum allegata pacem petere cogerentur, ita ille non armis sed pietate victus recessit. Dissimili animo et euentu Aristides cognomento justus Athenis exulauit, breui restitutus Themistoclem cujus opera eiectus fuerat, bello persico adiuuit priuatis inimicitijs patriae condonatis. XERXES Darij filius paterni regni atque odij in Graecos haeres vincto nauibus Hellesponto Athoque monte perfosso Graeciam cum mille armatorum millibus innadebat, cui Leonidas Spartanus Rex parua manu ad Thermopilarum angustias primum, deinde in ipsis castris clade

magna

Plebs patriciis rebellis

Ciuile bellum

Supplex Roma.

Dio. lib. 11.

Plut. in Arist.

Aristides

Xerxes Rex persarum

Herod. l. 6.

Diod. l. 11.

Just. lib. 2.

Herod. l. 6. lib. 7.

Thermopylarum

magnam intulerat, ille Athenas nactus incenderat, be-
rum Themistoclis dolo ac virtute ad Salaminia nava-
li prælio victus fugatusque discedit, piscatoria navi
trepidus trajicit, qui tanto fastu Hellespontum na- Herodotus in Clio. Cicero.
vibus vinxerat. Hoc Rege Herodotus viguit pa- Herodotus histo-
ter historiæ annis prope D.C. minor Hemerogelo- ricus
ton Syracusanorum tyrannus insignem de Carthaginiensi-
bus victoriam ad Himeram reportavit. [illegible]
Themistocles porro cum Athenas reficiendas ac Pyreo Herod.
navali addito amplificandas curasset, patria pulsus Diod. Just.
ad Xerxem Persarum Regem se contulit à quo cum Plutarch. in Themistocl.
ad ferenda contra patriam arma concitaretur necem
sibi ipse conscivit ne aut in Regem ingratus aut im- Xenoph. in [illegible]
pius esset in patriam. Nec minor iisdem temporibus
Romanorum civium amor in patriam exstitit.
Spurium Cassium periculosas libertati opes largitione
quærentem pater ipse morte multavit; Fabia gens Dion. lib.
ut patriam molestia liberaret bellum sibi Veienti- Livius lib. 2. Fabij à Vej-
um deposcit, Veientes sæpe vicit, iam victrix ab entibus deleti
Hostibus per insidias pene tota deleta est paucis
annis ante cladem Persicam de qua diximus. Livius lib 3.
L. Quintius Cincinnatus Themistocli et ætate iter Dion. lib. 10. Cincinnatus
virtute suppar ab aratro ad Dictaturam vocatus ab aratro ad dictaturam vocatus.
L. Minutium Cos. in castris obsessum ab Æquis circum- Diodorus lib 2
ventum vicissim hoste liberavit. Hieron Gelonis Plutar. in Cimone
frater et Syracusani Regni hæres eodem tempore
et Cumanos tyrannorum obsidione exemit. Cimon
quoque Miltiadis filius præclara de Xerxe Persa,

vi-

rem Regis ad Cyprum parta victoria Graecas Asiae
Euseb. chron. urbes in libertatem vindicavit. Nec imperatori-
bus modo sed etiam Philis Graecia floruit. Eadē
Phorum feracitas Heraclitum, Democritum, Anaxagoram, Empe-
doclem Parmenidem aliosq; complures effudit
ex quo Graecia apud Romanos sapientiae nomen
habere coepit.

Roma igitur ~~Anno~~ anno ab urbe condita circiter ccc.
Decemviri pro duobus Consulibus Decemviri sine provo-
catione creati, legesq; per legatos Athenis pe-
titas primum Italiae conscripsere, et quae tabulis 12 red-
datae sunt, leges 12 tabularum appellatae. Jam
Esd. Lib. 2 c. 1 & 2. Roma erat legibus constituta cum Hierosolima de-
Jose. Lib. 11 nuo moenibus circumdata est.

Artaxerxes Persarum Rex Esdras lib. 2 c. 2. Artaxerxes Longimanus Nehemiae pincernae suo, po-
testatem muros Hierosolimae reficiendi dedit, ex
Euseb. quo res Judaeorum tollere oculos coepit. Hypocrate me-
Pictor Medicus celebres dico, Zeuxi pictore, Phidia statuario florentibus
Statuarius Roma autem sub novas leges novi magistratus con-
stituti, ac Senatus cum plebe communione. Tribu-
Tribuni consulari ni militum consulari potestate primum terni, deinde
potestate gaudentes quaterni usque sed senos per annos LXX. Rempub.
Livius lib. 4. administrarunt. Censores quoque ad census agendi crea-
ti coepti. Sp. Melius qui in suspicionem regni affe-
ctati venisse accusatus. Cornelius Cossus tribunus mi-
litum Veientium rege interfecto opima spolia
Jovi Feretrio alter ab Romulo tulit. Eodem
Diod. lib 2 anno quo primum tribuni militum creati sunt Bellum pe-
Just. lib. 3.

lopo

Peloponnesium Periclis opera exarsit in Graecia quod annos octo cum totius pene Graeciae pernicie duravit. Id bellum Thucidides a Pericle inchoatum in scriptis historiae mandavit. Hoc bello confecto Athenienses Syracusanis bellum maximis copiis inferunt, rem primo bene gerunt inde in Syracusano portu circumventi obsidione occidunt, maxima classe atque exercitu amisso Atheniensium opes conciderunt olympiade 90 Persarum Rege Dario Notho. Athenis igitur armis cessantibus bonarum artium studia floruerunt, Aristophanes et Eupolis Comici poetae, Sophocles et Euripides Tragici, Gorgias aliique sophistae plurimi et Socrates philosophorum parens tum maxime enituere. Diagoras autem Deum esse negans Athenis exulavit summo proposito, si quis occidisset. Jam Hierosolima refecta ac restaurata erat cum Roma incensa a Gallis est et incensa. M. Furius Camillus Dictator Veiis aliisque expugnatis, praedae Veientinae nomine exulavit damno patriae maiore quam suo. Galli Senones Brenno duce Romanorum exercitum ad Alliam flumen fuderunt Urbem capiunt et incendunt Anno postquam condita est circiter 351. Capitolium quo se flos nobilitatis receperat, obsident, nec defuerunt insidiae sed parum processere, nocturna enim irruptio ab Anseribus patefacta, a M. Manlio qui postea Capitolinus dictus est manu repulsa. Laborabat tamen omni inopia, nec ulla spes commoda ostendebant. Ibi tum Camillus simul et grata cum ingrata patria cer-

Bellum Peloponnesiacum in Graecia

Thucydid. lib. Thucidides

Euseb. chron.

Socrates et alii philosophi

Diodor. lib. 12

Roma a Gallis excisa

Camillus Dictator in exilium pulsus

Camilli amor in patriam

rarat exercitum comparat Gallos accepto auro
ab obsidione discedentes opprimit, aurumque cunctaque spo-
liat, ut ne muneris quidem capite urbis superesset.

Camillus triumphat

Ergo triumphans urbem init, Romulus ac pater
patriae appellatus, populum Romanum Veios migra-
re cogitantem Romae retinet atque ad urbem re-
andam quinquennioque robur post renat. Per eius tem-
poribus Athenas capas excepit Lysander Lacede-

Lysander Lacedæmon. Rex Athenas diruit.

moniorum Rex Persicis opibus confirmatus Conone
classis Atheniensium duce devicto, omnes Athenien-
sium civitates ipsasque Athenas cepit, muros diruit,

Justini lib 5. Plutarchus in Lysandro

Triginta viros imposuit, qui brevi post tyranni-
dem invaserunt eodem tempore quo Dionysius ty-
rannus Syracusis dominabatur. Sed non diu

Just. lib 3. Thrasybulus Athenas cepit Lacedæmoniis expulsis

Athenienses tyrannidem tulere, Thrasybulus exul ty- Plut. in Conone
rannos acie victos evertit et lege obliviscendo-
rum iniuriarum lata Rempub. constituit. Neque
ita multo post Conon idem exul Artaxerxis
Mnemonis Persarum Regis classe instructus Lysandrum

Lysander vincitur

navali proelio vicissim superat [illegible] Spartani,
necnon Thessandro duce belli socio in spectaculum du-

Plutar. in Agesilao

cit. Actum erat nisi Agesilaus Lacedemoniorum Rex
ab Asia [illegible]catus intervenisset, Conon nec etiam Ar-
taxerxes Agesilaum bello implicitus omnes in Grae-
ciam discedere ab armis, insperat. Conon igitur

Conon Athenas restaurauit.

vastato Lacedemoniorum agro Athenas veniebat
antiquosque muros sociorum qui diruerant manibus restau-

rat

rat. Eadem tempestate Isocrates Xenophon ille, & Socratis discipuli vixitere.

## LIBER TERTIUS

An. 252 a.u. Livius lib. 5. et 6.

Roma intra annum, Camilli beneficio, nova urbs facta, Camillus dictator brevi etiam operis atque opinione auctor. Camillus dictator Volscos tandem subegit, M. Manlius seditionis auctor ex M. Manlius, potius Capitolij arce quam defenderat deturbatus. Dictaturus auctor nota ne quis ex ea familia Marcus appellaretur. L. Sextius post longum certamen primus è plebe consul factus. Finem Tribunis militum creandis attulit.

primus è plebe consul.

Livius lib. 7.

Praetor Urbanus qui ius diceret, & Aediles Curules qui ludos facerent creari coepti. M. Curtius ex oraculo patriae consulere, armatus et equo insidens in fori hiatum sese demisit. Gloriosus Epaminondas Dux Thebanorum qui Cleombroto Spartanorum Rege primum cum exercitu ad Leuctra caeso ad Mantineam cum Agesilao bene pugnans spiritum effudit in victoria. Ex eo tempore Spartae disciplina, cum solis corpore est mixta cum Alexandro Rege et auro avaritia. Olympiade circiter C. Atheniensis autem Graeciae principatum tenuere, sed brevi omnium virtus elanguit, Carthaginiensium vigor coepit. Deinde quippe fastidiam armis Xenophontis demuendo, Dionysio Syracusano Tyranno, aeis superato aliquot oppida cepere. Nec multi anni intercesse, ta cum Dionysius interfectus à suis, Tyrannidem filio atque invidiam reliquit qui ob singularem nequitiam tamen à Dione Syracusano Platonis auditore pulsus Corinthi ludum aperuit, docente etiam tum Athenis Isocrate Rhetoricam, Philosophiam Platone. Dio

M. Curtius in hiatum se demisit

Epaminondas in Mantinea vera magis Spar... ...

Plutar. in L... ...urgo & Lysandro

Justinus lib. 19 et 20 lib. 21.

Dionysius tyrannus Syracusanus tyrannus

Just. lib 21

Plut. in Dione

Studia bonarum artium Athenis vigent Romae vero bel-
T. Manlius Tor- lica maxime vigebant. T. Manlius Torquatus is qui pa-
quatus. Livius lib. 7 trem à vexatione tribunitia, terrore iniecto vin-
dicarat, bello gallico, Gallo eximiae proceritatis
ex provocatione in oculis utriusque exercitus interfe-
cto, torquem sibi et cognomen induit ab eo
Torquati dicti. M. quoque Valerius pari virtute gal-
M. Valerius Cor- lum pari magnitudine item ex provocatione obtrun-
vinus cavit, corvus ei praesidio fuit in pugna qui eius
galeae insidens hostem alis rostroque terrueat
inde cognomen illi Corvi seu Corvini factum.
Pro Campanis porro qui se suaque pop. Rom. dedi-
derant bellum adversus Samnites susceptum est ab
urbe condita anno circiter 400. Nato tum
Alexandro qui postea Magnus est appellatus Cum
Cum Samnitibus pugna Samnitibus diu varieque pugnatum, Artaxerxes [Eufel]
Ochus Aegyptum vincit Ochus Rege persarum qui Aegypto recepta, Memphi cae-
teraque urbes manibus mandavit templa diripuit
Haud dispari virtute et mente Philippus mace-
donum Rex bella gessit, eodem tempore is phalangis
consortis scutis instituta Illyricos subegit Graeciis
inter se dissidentibus complurium Atheniensium ali-
Philippus Grae- orumque Graecorum oppidis potitus Graeciam pen-
ciam subegit latim omnem subegisset ac occupasset nisi eius
conatibus Demosthenes orator obstitisset, Thebas
Philippus magnam arcem instituit arcem suo more Philippus instituit. Adextremum
Graeciae Dux ad persicum bellum delectus à Pausania

Sui

sui corporis satellitem cuius iniuriam supplicio vin- [margin: Philippus a suo]
dicare neglexerat, necat ~~eodem tempore~~ [margin: satellite occis.]
Eodem ~~tempore~~ Arthemisia Caria Regina Mau- [margin: Euseb. chron.]
solo viro mortuo magnificentissimum sepulchrum excita-
vit quod Mausolum dixere. Et Romani hanc [margin: Arthemisia]
sti facti urbisque gestis nominis gloriam quaesivere. [margin: Cariae regina]
Titus Manlius Torquatus Consul bello Latino, filium, [margin: Iustin lib 8]
qui contra edictum cum hoste pugnasset quamvis victo- [margin: M. Torquatus Consul.]
rem, securi percussit, domestico dolore militarem firma- [margin: Signum obedientiae]
vit disciplinam. Pub. Decius alter consul eodem [margin: P. Decius]
bello Latino inclinata Romana acie, se pro exer-
citu devovit, admissoque in hostes equo victoriam
Romanis sua morte peperit, Latini in ditionem rr.
Romani rostra navium Antiatum bello captarum par-
tim Romam in navalia subductae sunt partim ince-
sae. Earum rostris suggestum in foro extructum ador-
nari placuit, Rostraque id templum appellatum.
T. Veturius et Sp. Posthumius Cons. magnam populi
Romani labem asperserunt. Apud Caudinas furcas [margin: Rom. consules]
deducto in locum iniquum exercitu sub iugum [margin: a Samnitibus sub iugum missi]
a Samnitibus missi sunt cum omnibus copiis sed
brevi post Papirium Cursorem Samnites devicti
et vicissim sub iugum missi eam Romani la-
bem eluerunt. Diogenes Cynicus, Speusippus Xeno-
crates Aristotele docentibus in Graecia.
Horum paulo posterius interim Alexander Magnus
Philippi Macedonum Regis filius idemque Aristo-

teli

Alexander magnus
Diod. lib. 7. et Curtius
Plutar. in Alexandro

telis auditor bellauit in Graecia, is etiam adole-
scentulus Illyrios compressit, Thraces domuit, Thebas
euertit, Athenas in deditionem accepit, Deinde Te-
storum Graeciaeque sociorum armis adiunctis ad bellum
Persicum transiit in Asiam firma potius quam
magna manu (veteranorum millia xxx peditum fu-
isse in eius exercitu ferunt) innumerabilem ho-
stium multitudinem delet ut viri cum mulieribus pu-
gnare viderentur. Dario Persarum Rege tribus
praeliis debellato Asiam ad suum imperium ditio-
nemque subiungit Regnum à Persis ad Mace-
donas traducit Olympiade cxii, Anno ab
urbe condita circiter ccccxx, viguit regnum
persarum annos fere ccxxx. Alexander prorsus
Asia expugnata Judaeam inuadit sed Hieroso-
lymis à Jaddo summo sacerdote amice exceptus
hostias in templo immolat, Aegypto potitus Ale-
xandriam urbem ab se conditam suo vocabulo
appellat, Indiis subactis Babylonem reuertit
ubi caeterarum nationum pacem petentium legati
praesto fuêre, praeterquam Romanorum. Hi
deleta paulo ante Caudina macula, Samni-
ticum bellum cum magna ex parte confecerant
habebant maximas ac firmissimas copias
T. Manlium Torquatum Valerium Coruinum
Fabium Maximum et Lucium Papirium Cursorem
egregios imperatores quos Alexandro opponerent
si in Italiam arma vertisset Grass

Romani muniunt se con[tra] Alexandrum

Alex.

Alexander vixit in italia tres et triginta annos natus anno imperii 12 excessit è vita, cum eo pariter Macedonum imperium concidit Alexandro mortuo multi pro eo Reges extiterunt. Ptolomeus Lagi in Aegypto, Eumenes in Capadocia, Antigonus in Asia minore, in Thracia Lisimachus, Seleucus Babilone regnans, Cassander Alexandri filijs sublatis è medio Macedoniae regnum occupavit. Cum Menander Comicus poeta Epicurus Creantor, Crates, Thebanus, Zeno Cittieus Stoicorum parens, Theophrastus Aristotelis auditor vigebant Athenis sub Alexandri morte Appius qui postea cecus factus est, Appiam viam munivit, Collegium Augurum quinque additis ad vetere instituit. Fabius Maximus Etruscorum opes fregit. Decius filius xl. anno patris exemplum sequutus bello Samnitico se pro exercitu prope Romani devovit, Lucius Papyrius Cursor Samnitum copias iureiurando obstrictus fudit ac fugavit sacramenti religione absolutas dicens. Ecce dum erat Samniticum bellum extinctum cum Tarentinis ob legatos popul. Rom. violatos exarsit; que bella adversus Pyrrhum Regem Epirotharum, quem Tarentini inciderant Curij et Fabricij Coss. integritas et virtus vincit, Papyrius demisso Pyrrhum acie victum repellit, Italia Tarentinos bello domitos in deditionem compellit in cumulum victoriae Sa,

ult. Lib. 11. Alexander mortuus

Alexandri morte narratur diuisa per Euseb. Chron. Lib. 13.

Stoici condita sunt medio tempori Livius l. 10.

Decius immolat patrem Livius l. 13 et 14. Flor. Lib. l. c. 15

Fabritius in Pyrrho

Romani cum Pyrrhino pugnant.

uniti q cum Tarentinis arma coniunxerant pariter debellati, Samnium deletum ut ne appareret quae materia xxx triumphorum fuisset. quas Bruti Lucani eiusdem belli contagione in deditionem popul. Rom. redacti. Iterum abiuncti sunt Iudaei in Ptolomaei Lagi deditionem verum dum Alexandri magni successores inter se de imperio dimicant Lagus amicitiae simulatione Iudaeam occupat Captivos in Aegyptum quam plurimos

Iust. lib. 22. 23. Agatocles Syracusanorum tyrannus abduxit. At Agatocles Syracusanorum tyrannus a Poenis obsessus occulte cum classe traiicit in Africam aliquot poenorum urbes vi capit, ita hostes ad defendendam patriam avocat. Pace cum Carthaginensibus facta rerum in Sicilia potitur. Regnum moriens Hieroni legabat, qui ob suam moderationem Rex a Syracusanis habitus

Occasio belli Punici. occasionem Romanis belli primi Punici dedit. Polyb. lib. 1. Liuius lib. 17. Florus lib. 2. cap. 1. et 2. Postquam Romani anno post urbem conditam circiter CCCCLXXX Olymp. CXVI domita subactaque tota paene Italia et Mamertinis sociis contra Hieronem et Carthaginenses opem ferret transiit in Italiam Ex quo gradus factus est brevi ad imperium orbis terrae Nam cum annos prope D. in Italia subicienda posuisset CC. fere annorum spatio reliquum prope orbem terrarum subegit. Romani igitur Appio Claudio duce Hieronem vincunt pacem petenti dant. Poenis profligatis

Siciliae

Siciliae civitates L in deditionem accepit. Ex in-
de Duillius victoriam triumphumque navalem de Poe-
nis primus reportat. Mox Attilio Regulo impe-
ratore bellum in Africam transit. Is senatu    Regulus Carth-
aliisque Poenorum oppidis expugnatis Carthagi-    ginem obsidet
nem ipsam obsidet. Jam prosperae victus conditio-
nes dabat cum ipse à Xantippo Lacedemoniorum    Xantippus.
duce qui Poenis subsidio venerat victus in
potestatem hostium venit. Eius virtus egregia. Regulus capti-
gia. in calamitate quam in victoria multo etiam Carthaginien-
ses magis timuit, Romam missus de redimendis
captivis rem sibi ac suis salutarem, inutilem
patriae dissuasit. Carthaginem, ne datam hosti fidem
falleret, revertitur, omni supplicio cruciatus, necatus.
nec minorem fortitudinis laudem, quam fidei.
Poeni tantum facinus nec vulgari calamitate
luerunt Lucatius Cons. navali praelio Carthagi- Carthaginien-
nensium opes fregit. Victis pacem his conditionibus ses victi
nibus dedit, uti Sicilia Sardinia caeterisque insulis. Romanis
his excederent, certum tributum per annos XX pro-
Rom penderent; Ita bellum patrum prmierent
anno XXII confectum Jani templum clausum. Sed
Liguribus, Insubribus, Illyriis bellum facientibus
paulo post apertis M. Marcellus Cons. Viridomaro
Insubrum Rege caeso tertius à Romulo opima
spolia Jovi Pheretrio tulit. Gaius Flaminius Eusob Chron

G. Flaminius Censor viam Flaminiam munivit; ste in Gracia Arcesilas, Cleantes Zenonis successor, Demetrius Phalereus Theophrasti discipulus, ingeniorum atque doctrinae monumenta reliquere, Phalereus insignis qui Ptolomaeo Philadelpho celeberrimam Alexandriae Bibliothecam instruenti operam dedit q Bibliotheca quo esset cumulatior Ptolomaeus Judaeos captivos

70 Interpretes gratis Hierosolimam remisit ab Eleazaro summo pontifice sacros libros ac seniores LXX. q eos Graece interpretarentur impetravit. Hinc septuaginta interpretatum monumenta manarunt. Interea dum Bibliotheca in Aegypto instruit, primum bellum punicum in Africa gerit, Parthi a Macedonum imperio defecere. Primus in Parthia regnavit Ar-

Euseb Chron. Justin lib. 4. Annibal sacés unde caeteri Parthorum Reges Arsacidae dicti, Regnare coepit Arsaces paucis ante annis quam Annibal bellum secundum punicum conflavit, Romae post primum bellum punicum vix quadriennii requies. Saguntus Hispaniae urbs amica populo Romano ab Annibale Poenorum duce deleta. Secundi belli Punici principium fuit Annibal Amilcare patre, cum exercitu, fratri in Hispania relicto, per Alpes viam sibi primus munit, in Italiam perrumpit, Ei Pub. Scipio Consul. ad Ticinum fluvium occurrit, sed amisso exercitu ipse a Scipione filio adolescentulo cui Africani cognomen debebatur, ereptus, evadit Caius

Polyb. lib. 2. 3. 4. Saguntus ab Annibale deleta Livius lib. 21 et 22. Florus lib. 2. c.

et Sempronius

inde

inde Flaminius deteriore etiam sorte ab Annibale | Flaminius
ad lacum Trasimenum cum exercitu caeditur. Deinde Q. | Trasimenus lacus in Perusino agro
Fabius Maximus Dictator hostem victorijs exultantem
cunctando reprimere instituit. Annibali ita eius tergo hae-
rebat, ut neque pugnandi potestatem faceret et po-
pulandi facultatem adimeret. Ex eo Cunctator appella-
tus. verum Caij Terentij Varronis Cons. temeritate no-
bilis ad Cannas Apuliae vicum clades accepta ampli-
us XL civium Romanorum millibus caesa.
In his L. Aemilij Paulus Consul et Senatores LXXX
Equitum multitudo tanta ut annulorum modios duos
Annibal Carthaginem mitteret; Actum erat de urbe
si Annibal scisset uti victoria. Roma post etiam
praetextatos ac servos necessitas armavit. | Vibius Virius
Capua et magna Italiae pars ad Annibalem defecit | conjurationis Capuanae author etiam ad
sed Capua illa Cannas vincit quia ubi Annibalis | Annibalem.
exercitus Campanis delicijs mollitus est M. Claudius Mar- | Claudius Mar-
cellus ad Nolam bene cum hoste pugnans docuit Anni- | cellus Anniba-
balem posse superari. Novum deinde bellum ex bello ex- | lem vicit
citatum Hiero Syracusanorum Rege mortuo Hieronymus regni | Livius lib 24
non fidei haeres ad Annibalem defecerat. Quare Mar- | et 25
cellus Cons. Syracusanis bellum infert urbem Syracusanam
munitissimam non minus Archimedis ingenio quam civium
armis defensam frustra armis oppugnat [illegible], tandem tamen
securitate et incuria victam noctu de improviso capit,
Victoriae gloriam auxit moderatio victoris urbi civi-
tati pepercit Archimedi qui in prima irruptione
occiderat, quem vivum non potuit honorem habuit mortuo
Laevinus deinde Siculis pacatis Siciliam primum pop. Rom.
Provinciam fecit. Sed Romana res non utrique laeta

# Liber 3us

In Hispania duo Scipiones ex copiis bene gesta ad extre-
mum ab Asdrubale Annibalis fratre caesi sunt, magnis tu
prosp. Romanis fortior Annibal prope ad portas urbis erat
cum P. Cornelius Scipio patris ac patrui ultor proconsul
in Hispaniam mittit. Is Carthaginem novam ubi totius
Hispaniae obsides asservabant simulque Magonem Poe-
norum ducem capit, plus tamen profecit temperantia
quam victoria. Egregia forma puellam sibi nobilem addu-
ctam sponso reddidit intactam. Tantae virtutis et Conti-
nentiae fama Hispanos illi mire conciliavit. Ergo
Asdrubalem fugat ex Hispania eam primam in conti-
nenti provinciam facit foedus cum Massinissa Massyliorum
Rege facit. Ex eo minus lentior res in Italia. Q.
Fulvius Flaccus proconsul repulso ab urbe Annibale
Capuam in deditionem accepit, de Senatu supplicium
sumptum Capua praefectura facta. Fab. Maximus
complures Italiae urbes atque in his Tarentum accepit
Locri urbes tertius intercepere. Marcellus Cos. ad
Venusium speculandi causa egressus e castris ab hosti-
bus circumvenitur. Eius corpus ab Annibale hu-
matum vincente hostile odium humanitate. M.
Claudius Nero Asdrubalem ad coniungendas cum An-
nibale fratre copias in Italiam venientem ad Meta-
urum flumen oppressit. tanta clade ut Cannensis
clades hosti reddita videretur. Asdrubalis caput
ante stationes Annibalis proiecit qua ille spe-
cie perculsus in Italiae angulum ad Brutios se re-
cepit. P. Scipio ut revocaret Italia hostem

abstra

Margin notes:
Hanno dux A... / Annibalis ... / Poenorum / aliquando Mago ... / ... dictus
Q. Fulvius Flaccus Annibale ex Capua fugat
M. Claud. Marc. Cos. occisus ab Annibale
Asdrubal fr. Annibalis occisus

abstraheret transiit in Africam Hannonem Poenorum
ducem cum exercitu concidit, Syphacem Numidiae Syphax capit.
Regem eundem socium acie victum capit. Anno
Annibal a Carthaginensibus XVI anni bello revocatus
in Africam signa cum Scipione confert, victus fu- ... 2 anno
git e praelio, Carthago domita et subacta an-
no post urbem conditam prope D.L. Scipio ex
Africa cum triumpho Africani cognomen reportavit
primus nomine ab se devictae gentis nobilitatus
Idem Ennium poetam Epicum in honore habuit
cuius fere aequales exstiterunt, Plautus Caecilius poetae
Comici memorandi. Pacem Punicam Mace-
donicum bellum excipit quod pro Atheniensibus
amicis pop. Rom paulo ante susceptum, per IV
annos varie gestum est, Finiss a ~~Julio Quintio~~ Titio
Flaminio consule Philippo Macedoniae Rege
debellato Ei pax ita data ut Graeciae civitati-
bus quas tenuerat Nabidi quoque Lacedaemonio-
rum Tyranno domito eadem conditione pax
data Ita Graeciae universa libertas restituta sola Graecia fugit
Sparta serva relicta Sed pacata Graecia
pax et otium Romanis ipsis non fuit. Livius lib. 25 et 27
Antiochus cognomento Magnus Rex Asiae ac Antiochus Ma-
Syriae Annibalis impulsu bellum Romanis facere coepit gnus 91
verum a L. Scipione Africani germano Flor. lib. 2
eiusdem Africani consilio ac virtute terra Scipio con-
marique superatus pacem petiit his conditio- cit Antiochum
nibus data ut Asia excederet Annibalem dederet

Hannibal periit qui ne in potestatem veniret Romanorum hausto veneno interijt. L. Scipio ex Asia Asiatici nomen retulit

Euseb. chron. cum triumpho Asiaticam luxuriem in urbem importavit.

Cic. in Bruto. Scipiones in exilium missi. Sed in Scipionis familia magna rerum facta [illegible], Asiaticus peculatus crimine damnatus excessit e vita. Africanus eodem crimine a Tribun. militum accersitus sententiam expectavit ibique exulavit, humanae vicissitudinis documentum. Cum quo Livius tragœdiarum scriptor vixerat. Nec verò his clarissimis Imperatoribus amissis Imperatoribus Romanis egere, [illegible] defecere.

M. Fulvius Imperator. Livius lib. 38. Florus lib. 2. c. 9. M. Fulvius capta Ambracia ipse, ubi Epirotarum Regis sedes, Aetolos domuit Cephalenia Zacynthus terraque adiacentes insulae in victoria cumulum accessere. L. Posthumius Albinus Graecos, Lusitanos Appius Pulcher istos subegit.

Livius lib. 43. 44. Livius 45. c. 10. Paulus Aemilius Persea Macedonum Regem debellantem debellavit atque in triumpho duxit. Q. Metellus Pseudo-Philippum, qui Macedoniae regnum invaserat vicit ac cepit. Ita Macedonia tribus bellis perdomita sub

Macedonia à Rom. subacta. Imperium Pop. Romani redacta Anno ab urbe condita circiter DC. Dum floret res Romana Judaea vehementer afflicta est Seleucus Philopator. Ita,

Joseph. lib. 2. Machab. lib. 2. c. 3. qui Antiochi filius Rex Syriae Hierosolima templum spoliare cum statuisset Sacrilegus conatus per Heliodorum Is in ipso sacrilegij conatu ab Angelis male acceptus suo periculo Regem à consilio deterruit. Sed calamitatem Judaea distulit non

sustulit

evasit eamque fecit morem ipse graviorem. Seleu-
co mortuo Antiochus Epiphanes fraterno regno — Antiochus Epi-
potitus, Is Aegypto quam occupare conabatur repulsus — phanes
Hierosolymam invadit. Summum vero sanctissimo — Machab. lib. 2 c. 4
Oniae sacerdotium eripit, Jasoni homini nefario tra- — Inspiratur
dit, Hierosolymam ac templum evertit Olymp. 145. — templi eversio
Sede Religionis eversa Religionem ipsam vagam
atque exulem effecerat per magna priorum Judaeo-
rum caedes facta. In tormentis et cruciatibus — Mach. lib. 2 c. 7
perferendis septem Machabaeorum fratrum ac matris — 7 fratres cum
est nobilitata virtus quae de crudelissimo Ty- — matre cru-
ranno triumphavit. Atque fortiter vindicem Deu- — ciati
ni junctis armis se Matathias opposuit collecta
priorum Judaeorum manu Religionem coltus et armis
Ei Judas Machabaeus filius suffectus qui duorum Afri-
canorum inter istius virtutis verumque gestarum glo-
ria cum utroque certavit. Parva manu Regios
exercitus maximos divina ope fretus saepe ce-
cidit, hostibus Palaestina pulsis templum Hie-
rosolimamque restituit. Societatem cum popul. Rom. — Mach. c. 8.
et amicitiam iniit. Itaque Antiochus maerore — Machab. c. 6.
confectus malus male periit. In eius locum ac
furorem Demetrius Seleuci filius qui Romae
obses fuerat successit. Huius ducem Nicanorem — Machab. c. 7.
Judas numine implorato simul cum exercitu ad
internecionem delevit. Verum cum Bachide item
Regio duce pugnaturus divinam opem implorare — Mach c. 9.
obliviscitur quocirca multitudine hostium cir-

cumventus

cumventus, in acie cadit documento relicto quanto plus in Divina ope quam in humana praesidij sit ad victoriam. Eius morte Jonathas fra-
[illegible] c. 10. ter ac successor D. cultus, fraeclius multis ma-
gnisque cladibus affectis Idem otio parto summo
Machab. c. 10. Sacerdotio praefuit et Alexandri Regis decessu
Mach. c. 12. Impura vita capit. Societatem cum Romanis ac
micitiamque renovavit, opibus florenti creditus
Mach. c. 12 evertit insidiosis Tryphonis Regis, Ducis potentis
tationibus deceptus occidit. Eius locum Simon
frater occupat atque amicitia tertio cum Ro-
manis confirmata otio fruit. Demum proximis
Mach. lib. 1 c. 16 Hircanus Dies interfectus Joannem filium heredem ac
successorem reliquit. Is quod bellum Hircanis
intulit, Hircanus est appellatus. Paucis ante
annis Hierosolyma a Juda Machabaeo recepta,
est quam Carthago a Scipione minore
deleta.

Liber Quartus

# Liber Quartus.

Carthaginenses neglectis foederibus armisque Masinissae pop. Rom. socio illatis, tertij belli Punici occasionem dedere. Itaque eis suasore potissimum M. Catone seniore bellum infert. Quarto demum anno a P. Scipione Aemiliano (qui ab Africano fuit adoptatus) victi ac debellati deditionem faciunt, Carthago solo aequatur. Ex Africa Scipio Africani nomen quod hereditarium habebat per se partum reportat Olymp. 158 Anno post urbem conditam circiter DC. Idem Scipio eque martis ac musarum studiosus Panaetium philosophum Polybium Historicum, Terentium comicum privatam familiaritatem habuit. His iam fuerunt successores Pacuvius et Actius Tragici poetae. item Aristarchus Grammaticus Aristophanis Grammatici nobilis discipulus. Corinthus sub idem fere tempus idem quod Carthaginem exitium excepit, Corinthij legatos pop. Rom. pulsaverant, Achaeos sibi belli socios adsciverant, Itaque L. Mumius Cos. demumque Achaia in deditionem accepta Corinthum incendit, Aeris varij quod incendio confluxerat massa vasorum Corinthiorum materiam praebuit Eiusdem belli contagione Thessalia Epirus Romano imperio adiuncta Per eadem tempora Q. Fabius Lusitaniam et variatate latronis occupatam et adversus Romanos egregie defensam magna ex parte recepit Pacem aequis conditionibus cum Variato facit. At Scipio Afri. canus 14 post Carthaginem eversam anno, Numantiam in Hispania delevit eodem exercitu quo pro. ptor

Livius lib. 48 et 49

Carthago a Scipione Aemiliano eversa

Euseb. Chron.

Livius lib. 51.

Corinthus eversa

Plin. lib. 4.

Florus lib. 2 c. 16.

Livius Lib. 52 et 54

Liv. l. 52 Flor. l. 2 c. 18.

Numantia eversa

Liber 4us

ptor luxuriem à Numantinis saepe fugatus, successit tamen
Crux valuit in disciplina, dum foris bella Romanus
Civile bellum — agit domi turbis non vacavit. Tib. Sempronius
Gracchus agraria lege lata Rempub. turbavit
Plut. in Graccho — quare à Scipione Nasica factionis optimatium
Flor. lib. 3 c. — principe in Capitolio cum suis caeditur. Eum iure
caesum cum videndasset Africanus iste domi suae repen-
tinus est mortuus. Nec multo post Gracchus Ti-
berij Sempronij frater germanus idem commo-
ventu conatus a Pub. Opimio Cos. in Aventino
obtruncatur, florente Satyrico poeta Lucilio. Nec
à liberis modo sed etiam à servis periclitatum
Bellum Servile — fuit. Eunus quidam Syrus effractis in Sicilia erga-
Livius lib. — stulis contractisque agrestium servitiorum manu iusti
Florus lib. c. 19 — exercitum effecit, imperatoribusque pop. Rom. clades
magnas ac multas intulit. Domitus à P. Rupi-
Enna — lio Cos. suis à Persepenna ad Ennam obsessus
fame et cruce multatur. Servile porro bellum
Liv. lib. 70 — ab Athenione pastore maioribus opibus, et animis
instauratum, M. Aquilius, ~~Piceus~~ Perpenna vix exercitu pari facilitate confecit,
Aquilius Consul — Bella ijsdem temporibus cum servis, cum socijs, cum
hostibus gesta sunt. Iugurtha Numidiae Rex
Iugurtha Numidia Rex — Masinissae nepos fratres regno eiecerat hi pop.
Rom. tutoris fidem implorant. Iugurtha bellum
inferens ijs demum celsis opibus ac Regno pulsus
à C. Mario in triumpho ductus, necatur in carcere
Eodem fere tempore quo natus est Cicero

post

post urbem conditam Anno circiter fere DC.L. G. Marius continuato ad Cimbricum motum consulatu Cimbros Teutonesque aliasque barbaras nationes in Italiam irrumpentes delevit urbem formidine liberavit. Interea dum res militiae bene agerentur domi nouae turbae exortae. — Cicero natus

L. Appuleius Saturninus Tribunus pleb. homo turbulentus Agraria lege per vim lata optimatibus aliquot exilio aut morte mulctatis senatum in se concitavit, quo etiam decreto in eum optimatum facto cum Glaucia praetore furoris socio necatur. Eadem paulo post M. Drusus maioribus opibus conatus in eandem calamitatem incidit, seditione domestica sedata, sociali bello accessere Italia, Marsi, Picentes, Peligni, Samnites, Lucani aliique populi Italiae cum civitatem a M. Druso Trib. pleb. ostentatam non impetrarent armis extorquere conati sunt. Denique multis ultro citroque cladibus illatis a Cn. Pom. Strabone L. Sylla et aliis populi Rom. imperatoribus domiti spem perdiderunt, civitas ultro cum pace data. Id bellum Marsicum, Italicum et sociale dictum. — M. Appuleius tr. turbulentus. Livius lib. 69. Florus lib. 3 c. 16. — Livius a 71. ad 76. Florus lib. 3. c. 18.

Pax et otium per id tempus in Iudaea fuit Aristobulus Ioannis Hircani filius idemque summus Pont. Regia insignia recepit Olymp. 156. anno post Sedechiam ultimum Regem Iudae prope D. a primo Iudaeorum Rege M. ab orbe condito M. M. M. D.CCCC. At Rom. a sociali bello ad civile ventum est.

Mithridates Rex Ponti Ariobarzanem Capadociae et Regem Ponti — Mithridates

Plut. in Mario et Sylla — Nicomedem Bithiniæ Regem amicos pop. Rom. regno suo exturbaverat. Itaque bellum ei indictum Dux L. Sylla. — Justin. 37 et 38.

L. Sylla — Sylla ex eo bellum civile civilis invidiæ facibus excitatus est. C. Marius tantam gloriam Legatum Syllæ invidens

C. Marius expulsus in exilium — Legato de suo agit, et substitutus tribuni plebis rogatione data sibi id bellum mandaret. Iam est rem verbo gessisse à Sylla fecedit in Africam; Sylla Mythridatico bello confecto, Bithiniam Capadociam Asiam recepit. Interea Marius L. Cynna Cos. adiuvante Romam cum copijs irrumpit. Cn. Octavium Cinnæ collegam et adversarium M. Antonium oratorem egregium aliosque Syllanos obtruncavit et septimum consulatum invadit. Ecce tibi Sylla victorem exercitum transportat ex Asia et profligatis Marianis urbem et Italiam stragibus replet. Proscriptio civium tum primum introducta constat praeter innumerabilem aliorum civium multitudinem ex ipso equestris ordinis flore ac senatu ad duo millia civium esse proscripta et tamen homo infelix Felicis cognomen optavit Marium filium (nam pater Sylla adventum morte præverterat) Præneste captum occidit. Cn. Pompeius Strabonis filius qui Carbonem Marianæ factionis consulem in Sicilia oppressum necaverat Hiarbam Mauritaniæ Regem Marianorum partium suo marte debellaverat, Magni cognomen dedit, permisitque et de Africa novo more nullo exemplo eques Romanus ac privatus triumphare

ipse

ipse Dictator factus Cuius honoris usurpatio ampli-
us annos C. intermissa fuerat, cum fascibus XXIV pro-
cessit Remp. multis praeclarissimis legibus latis con-
stituit, tum Dictatura sponte se abdicavit privatusque
vixit quoad felix ille periculari morbo con-
fectus interijt, abdicatio eius grata pop. Rom. ac
adeo ut eius funus incredibili pompa ac fre-
quentia celebrarat, civilis belli scintilla nondum
penitus in Hyspania incendium excitavit, Sertorius Bellum Sertorianum
nam Marianarum partium Dux ex fuga Hyspaniam Plut. in Sertorio
as occuparat societatem cum Mithridate Re- Florus lib. 3. c. 22.
ge coierat Adversus hunc Q. Metellus et Cn. Cn. Pompeius
Pompeius vario marte bellarunt Amicissimus Ser- Imperator
torius Dux nulli secundus. Imperatoribus duobus cum Mithri-
pop. Rom. saepe par interdum etiam superior extitit datem
Sed magis homo adversus externos hostes
paratus quam contra Domesticos cautus, Perpenna
coniurationis authore a suis occidit, brevi
Perpenna interfecto Hyspaniae recipiunt. Hoc cum
exulibus modo fedeum servis etiam ac Sy-
rus eadem tempestate dimicandum fuit. Ita Lucius Florus
Spartacus cum amplius LXX gladiatoribus Bellum Servile
Capua ex ludo elapsus magnis copijs coactus tricum
minores pop. Rom. ludos reddidit, Iam de in- Plut. in Crasso
vadenda urbe cogitabat cum a Licinio Crasso Dictator Florus lib 3.
repellitur et in angulo Brutio opprimitur. Q. autem
similis Cilices piratas in latebras usque Ciliae
persecutus Ciliciam domuit ab Isauro Cilicia

arce

ares Isaurici cognomen adamavit. Reliqui
cum Piratae toto mari impune vagarentur a
Cn. Pompeio diebus XL deleti sunt, neque aliud
Mythridates 157 interea a justis hostibus fuit. Mythridates in-
jus instructus copiis bellum in Asia renovarat ad
Diod. lib. 37. L. Lucullus multis fractum praeliis in Pontum com-
Plutar. in Pomp. pulit. Q. Metellus eodem fere tempore Creta
Florus l. 3. insula vastata et in Pop. Rom. ditionem reda-
cta Creticus dictus est. Cn. porro Pomp. Mythri-
Tygranes datem Tigrane Armeniae Rege adiutore bellum
Armenia Rex tertio facientem debellavit. Tigranem in de-
ditionem accepit in Syriam ac Phoeniciam advenit
Pontum in provinciae formam redegit. Mythridates
anno regni sui XL. a Pharnace filio obsessus frustra
Diod. lib. 37. Joseph. l. 4. tentatam veneno animam gladio expulit. At Pom-
Pompeius Judae- peius Aristobulo et Hircano Alexandri Regis
am capit Judaeorum filiis de regno dissidentibus in Judae-
am ad eorum controversias componendas ar-
biter venit. Sed ab Aristobulo civitate Hie-
rosolymam vi capit, muros diruit in templi adita
cum paucis ingressus sacri nihil attigit Hirca-
no sacerdotium a parentibus legatum reddit.
Judaeam Pop. Rom. stipendiariam facit, Aristo-
bulum Romam ad triumphum abducit, Antipatrum
Ascalonitam procuratorem Judaeae relinquit
qui deinde Pompeio mortuo Caesaris jussu
muros Hierosolimitanos refecit. Cum Rom.
nomen imperium tota Asia propagatum Roma ipsa inte-

stinis

stino bello quispe [illegible] est.
L. Catilina Senator Pop. Rom. in Etruria cum cum Lentulo Praetore Cethego alijsque Senatoribus de caede Consulum ac Senatus Urbisque inflammanda Respub. coniuravcrat. Ea coniuratio à M. Tullio Cicero, ne Consule patefacta et oppressa: Catilina urbe eiectus, de reliquis coniuratis supplicium sumptum, Catilina à C. Antonio Proconsule cum exercitu caesus; Cicero pater patriae à Catone trib. pleb. appellatus. Praeclarum hoc ac salutare factum fraudi M. Tullio ac pesti fuit, biennio post à P. Clodio Trib. plebis ob supplicium coniuratorum eiectus in exilium, sed mense XVI summa cum gloria reducitur. Idem eloquentiae gloria floruit cum M. Varro, Crispus, Salustius historicus, Lucretius et Catullus poetae Romae in honore erant. Liberata M. Tullij vigilantia urbe, nova semina iacta sunt opprimendae Reipub. C. Julius Caesar Cos. invito Senatu et M. Bibulo collega leges agrarias cum perbilisset, Gn. Pompeio Julia filia in matrimonium data, affinitate devinxit M. Crassum cognomento Divitem et Pompeio et sibi conciliavit, trium Principum conspiratio facta uti illorum arbitratu omnia gererentur. Ergo Caesari utraque Gallia, Cisalpina nimirum et Narbonensis in quinquennium. Pompeio Hispania item in quinquennium. Crasso bellum Parthicum decretum. Caesar in provinciam profectus Helvetios qui exustis oppidis suis iter per provinciam facere conarent, victos domum compellit

Salust. & Catil. Plut. in Cicerone
Catilinae coniuratio
Diod. l. 37.
Cicero à Clodio mittitur in exilium
C. Julius Caesar
Diod. l. 37 & 38.
Plut. et Suetonius in Caes.
Jul. Caesar bel. Gal.

Liber 4.

Plut. in Crasso. Ariovistum Germanorum Regem praelio frangit ac
Dio l. 41 et 42. superat, Aquitanos, Celtas, Belgas bellicosos facinores
subigit. At Crassus Hierosolymitano templo exitii,
nec spoliato nec impune sacrilegium tulit. Bello Parthi-
co malo cum gessit exercitus cum filio amisit ipse prope
cum collegis ab hoste circumventus. Interea Gn.

Dio. lib 40. Plut. in Caesare. Pomp. ad seditiones urbanas comprimendas Cos. sine col-
lega (quod factum erat antea nunquam) creatus Di-
ctatoria potestate motus urbis sedavit, iudicio posuit
quo Milo praetor eodem Clodii exilio damnatus est.

Dio. 39. Plutar. in Caesar. Caesar tertio provincia in alterum quinquennium proro-
gata, Galliam pacat, Britanniam, Germaniam, Latinam domat
A. pop. Rom. per Trib. pleb. impetrat ut in petitione
consulatus sui absentis ratio habeatur. Dum tibi quinque

Dio lib 41 et 42. Flor. l. 4. Plut. in Caesare. in provincia versaretur, Julia eius filia moriens affi-
nitatem quae illi cum Pompeio intercesserat dissol-
vit. Itaque Pompeio Cos adversantibus quod nimia
Caesaris potentia periculosa Reipub. videretur, neque
ratio eius absentis proximis comitiis haberi sinit, et
ipse ante certam diem exercitus dimittere iubet. Ad-
versus M. Antonium Trib. pleb. auctoritati Senatus resisti-
nacitur [...] extremo illo Senatusconsulto
consules armant. Et hisce initiis exortum est bellum
Civile anno post urbem conditam circiter DCC. Cae-
sar opprimendae Reipub causam nactus Romam infecto a-
gmine contendit. In urbem nobilitate vacuam in-
gressus se Dictatorem dicendum curat, aerarium
sanctius compilat. Inde Pompeianis ipsoque Pompe-
io Italia pulso Afranium et Petreium eius legatos
expelli

expulit Hispania, Massiliam p. D. Brutum legatum magna Pompeiano bello perfecto transiuit in Graeciam. Ad Dyrrachium Pompeium adoriens magnam cladem accepisse debellatus fuisset (ut ipse fassus est) si Pompeius sciuisset uti victoria. Bello ad Pharsaliam differto Pompeius intercluso commeatu, hostem fame potius quam ferro vincere statuerat; sed nobilitatis vocibus cum hoste conflixit, amissoque exercitu vinctus fugit. Caesar victor Ciceroni quem in hoc ... gerebatur ... Cilicia ... Pompei ac Regis ... pariter ... ornat, itemque Pompeianis caeteris quicunque se potestati victoris ... uit maiore clementiae laude victoriae. Pompeius ex fuga in Aegyptum profectus Ptolomaei Regis iussu, (Alexandriam cum appulisset) ac Regina ~~Ptolomaei~~ ac Cleopatra, ad quos confugiebat, necatur. Caesar quoque Alexandriam cum appulisset et Ptolomaei ac Cleopatrae ... fratris ... controuersias componere conaretur ab eodem Rege ... classem suam Caesar ne veniret in hostium potestatem incendit quo incendio nobilissima illa Alexandrina Bibliotheca a Philadelpho Ptolomaeo instructa conflagrauit Caesar igitur victo extinctoque Ptolomaeo regnum Cleopatrae tradit Pharnacem inde Mythridatis filium qui in prov. Rom. fines irruperat primo impetu debellauit prius ... hostem quam vidisse videretur. Iubam etiam Mauritaniae Regem Lu. Scipione et Catone authoribus ciuile bellum in Africa instaurantem

Caesar vix a Pompei copiis ... euasit

ab Achylla Aegypti ...

Pharnax Mithridatis filius vincitur

vincit

devicit Afranium aliosque ad ccc. Senatores homo doctus
interfici iussit. Cato ne in potestatem veniret Caesaris
Cato Uticensis — Uticae mortem ipsi sibi conscivit ex quo Uticensis est
appellatus.
Caesar ex Gallia, ex Aegypto, ex Ponto, ex Africa
4 uno tempore triumphos egit. Interim a Gn. et
Sex. Pompei magni filijs bellum in Hispania appara-
batur, ut quintus ex Hispania triumphus accederet.
Eo igitur Caesar cum exercitu contendit acie de-
certavit Pompeius ad Mundam Hispaniae urbem victus
vicit, cohortes quaedam Pompeianae forte praeter-
euntes cum fugae speciem praebuissent fecerunt ut vi-
ctores dum fugere putant suos ipsi quoque fugerent. Vi-
cti autem se vincere arbitrarentur, vincerentque tantum
in bello valet opinio. Gn. Pompeius ex fuga retra-
ctus occiditur; Sextus fuga elapsus ad alia bella reser-
vatur. Civile bellum Caesaris. nimia restinctum i
[illegible] 43. 44 — oppressa Respub. praesentique imperio pop. Rom. Cae-
Plut. in Caesare — sar Dictator perpetuus et Imperator novo
Julius Caesar Dictator et Imperator appellatus — more appellatus a Senatu. Salutares leges tulit.
Curiam obscuris et barbaris Senatoribus inquinavit
Praetorum, Quaestorum, Aedilium numerum auxit, Cartha-
ginem et Corinthum Colonias deduxit, Anni de-
scriptionem a Numa introductam de Mathematicorum sen-
tentia intercalaribus diebus LXVII et intercalari
die post quartum quemque annum (quem vulgo bis-
sextum dicimus) instituto correxit. Ei ad inflam-
mandam invidiam amplissimi ac divini honores a Senatu de-
creti in his ut Quintilem mensem suo nomine Julium
appellaret et tanquam Deus fastigium templi, fla-
minem haberet. Quae circa insolentia elatus
Senatum

Senatus contemnere et regnum appetere caepit. Ergo
quinto Dictaturae anno a Bruto, Cassio caeterisque
ad LX coniuratis in curia ad Cn. Pompei thea- Caesar occisus
trum vulneribus confectus interijt. C. Octavio Plut. in Anton
ex sorore nepote adoptato atque herede instituto, Diod. 44
Caeterum sublato Tyranno, Tyrannis mansit. M. An-
tonius Consul repentinus Tyrannus exortus est, is plebe
in patriae liberatores concitata turbavit omnia ar-
mis ac Pop. Rom. oppressit, nefarias leges per vim tulit
Galliam, Cisalpinam invasit. D. Brutum Gallae prae-
torem Mutinae obsedit. Itaque bellum contra Anto-
nium a Senatu Cicerone authore decernitur. Hir- Cum Antonio
cius et Pansa Cos. itemque C. Octavius cum exer- pugna.
citibus ad Mutinam proficiscuntur signis cum Anto-
nio collatis victoriam referunt, magno ea victo-
ria Pop. Rom. stetit. Consulibus ambobus occisis
tres exercitus uni Octavio paruerunt qui copijs ad
urbem adductis Consulatum a Senatu adolescentulus
annos XX natus extorsit. Antonius in Gallia trans al-
pinam ad M. Lepidum imperatorem magnis instructum
copijs confugit. Sed cum equitatum ex acie incolu-
mem deduxit. cum Lepido societatem init. Octavius in
bellum contra Lepidum et Antonium a Senatu praepositus
fidem ac patriam prodit, amicitiam cum utroque iungit Plut. in Cicer.
Triumviratu instituto Senatores CXXX a triumviris pro- Triumvira-
scripti. Ex hoc numero Cicero fuit qui ab Anto- tus
nianis obtruncatus pariter cum Respub. concidit
Eius caput ac manus pro rostris affixae ubi mira-
culo fuerat Eloquentia. Orbis terrarum quasi pa-
trimonium a triumviris divisus, Oriens et Graecia

Antonio, Africa Lepido, Italia atque Occidens obve-
nit Octaviano. Sexto Pompeio Pompei magni filio q
classe plurimum valebat Sicilia relicta Dicaloris
Siculo iam dudum vigente, Octavius Pomponio lege
Curiata in familiam Caesaris adoptatus, more ma-
Dio l. 47 et 45. — iorum C. Julius Caesar Octavianus est appellatus. Ea
novi belli civilis origo fuit. Caesar Octavianus et M.
plutar. in [illegible] — Antonius Jc. Julii Caesaris Dictatoris ultores, professi
M. Brutum. C. Cassium bello persequi coeperunt
ad Philippos urbem Thessaliae vario marte pu-
gnatum est Cassius ab Antonio Caesar vicissim
a Bruto victus castris exuit, parem cladem error
imparem fecit. Cassius praelio superatus Bruti
quoque eandem esse fortunam ratus necem sibi ad-
sciuit. Brutus in omnibus ducibus imperatoribus
egregie restitit. Laborantibus rerum omnium inopia
hostibus exploratam Brutus habebat victoriam
si bellum duceret sed ita ut olim Pompeius
ducum efflagitatu praelio dimicavit Jam vi-
ctor ob Cassianarum copiarum fugam omnia
clade accepta, ut manus hostium vitaret sibi
mortem manu attulit, cum eo spes omnis Reip.
in perpetuum occidit. Brevi imperium Romanum ad
Tres soles — unum pervenit, quod ipsum tres soles qui id tum,
fuere exorti qui paulatim unum in orbem coie-
runt portendisse putati sunt. Certaminis in
Occasio initiorum — triumviros prima illa causa fuisse perhibetur
qua Octaviani cum Antonio — Sextus Pompeius cum Caesare bello contendere

Caeperat

cesserat Domitius multis cladibus illatis et acceptis a M. Agrippa Caesaris duce navali proelio fusus ac superatus in Asiam profugit ubi paulo post mortem obiit. Herodes Judaeae Rege, Antipatro Ascalonita natus Antonii et Caesaris opera primus alienigena Rex appellatus est Judaeae. De Sicilia Sex. Pompeio ademptis contentionem inter duumviros excitum. M. Lepidus XX. legionum fiducia in Siciliam transgressus cum omnibus copiis bellum facit sed stultus imperator suis armis opprimitur. Eius copiae sollicitatae ad Caesarem signa transtulerunt. Lepidus degradatus Romam adductus in ordinem redigitur. M. porro Antonius Octavia Caesaris sorore repudiata Cleopatram Aegypti Reginam in matrimonium duxerat eam ob orbis terrae dominium constituerat Caesari bellum intulit. Commisso apud Actium proelio navali cum aequo Marte pugnarent subito refugientem Reginam Cleopatram homo uxorius prosequitur pugna deserta in qua de orbis terrae imperio disceptabatur usque eo amor animum obcaecarat. Caesar parta victoria hostem insequutus Antonium ipsum Alexandriae obsidet Antonius rebus desperatis occidit sibi manus affert. Eum imitata Cleopatra Cleopatra se ipsam occidit ne in triumphum duceretur a Caesare mammae aspidem admovit. Ita demum ad unum Imperii Romani summa pervenit. Paucis annis prius Ventidius Bassus Antonii legatus de Parthis primum victoriam reportavit.

Vid. 48 49

Plut. in Antonio

Flor. lib. 4

# Liber 4us

Caesar Octavianus anno post [illegible] in-
stanti duodecimo rerum potitus est. Augustus
à Senatu primus appellatus est Augusto mensi
qui ante Sextilis dicebatur nomen dedit. Aegy-
ptum in Provinciam redegit, Cantabriam, Dalmatiam
Pannoniam Illyricum Rhetiam, Vindelicos per Drusum
et Tyberium privignos Romano imperio adiunxit
Armeniam à Parthis et signa Crassi recepit. Scy-
thas etiam et Indos fama duntaxat cognitos ad
suam populique Romani amicitiam ultro per legatos
petendam allexit. Pomerium protulit. Janum ter-
tio clausit pace mari terraque parta. Virgi-
lium et Horatium poetas complexus est. T.
Livium et Strabonem in honore habuit, Ovidi-
um in Pontum relegavit. Horum aequales Tibul-
lus et Propertius fuere. Nescio vero utrumque magis felix
Augustus extitit, Stirpem virilem cui tantum impe-
rium legaret nullam habuit. Marcellum sororis
filium L. et C. ex Julia filia nepotes, prope im-
maturis ~~temporibus~~ funeribus amisit. Juliam filiam
probris ac flagitiis infamem Agrippam Posthumum
Nepotem ingenio ac moribus nimis ferocem
relegare coactus est. Itaque Druso privigno
mortuo Tyberium Neronem item privignum
adoptat, eique Livia uxore instigante imperium
testamento reliquit. Annos regnavit quadragin-
ta quatuor. Solus vero XXXXIV. Mortem obiit

Nola

Nola. Romam ut ipse gloriabatur è lateritia
marmoream reliquerat. Mortuo divini honores à
Senatu decreti. Christo filio Dei nato.

OBSERVATIONES Ex Rosino.

Reges Romanorum primi a Romulo et Romano, dicti 7 erant. 1us Romulus 2. Numa Pompilius. 3. Tullus Hostilius 4 Ancus Marcius 5us Tarquinius Priscus cui Cumaea Libros oraculorum fatidicos obtulerat 6. Servius Tullus 7us Tarquinius Superbus.

Sibyllae numero 10

Persica, Libyca, Delphica, Cumaea, Erythraea (ingrauia) Samia (in insula Samo) Cumana nomine simul, Ilica, quae ab alijs Demophile vel Herophile nominatur, Helespontica (in agro troiano natalis marpeso) Phrygia, Tyburtina.

Parcae 3a

Clotho colum retinet, Lachesis net et Atropos occat.

7 Montes in quibus Roma sita est.

Palatinus, Capitolinus, Quirinalis, Caelius, Esquilinus, Viminalis, Aventinus.

Ceremoniae Roman. in recipienda sponsa intrante domum sponsi.

Deducebatur à virginibus, una cum duobus pueris patrimis et matrimis q colum comptam, fusum, et stamen deferebat una cum ea. Cum venit ad postes ianuae sponsi sui Moris fuit ut nubentes puellae simul ac venissent ad limen mariti postes antequam ingrederentur ornarent laneis vittis et oleo ungerent et inde vxores dicta quasi unxores.

Peracta unctione noua nupta limen ianuae transiliebat. Ingredienti Claues dabantur ad secunda partem facultatis rei curam, et custodiam domus ac rei familiaris administrationem. Aqua aspergebatur ut pura accederet ad maritum. Haec ex Rosin. de nuptijs.

# Observationes quaedam ex Chronologia Bellarmini.

a Creatione mundi usque ad nostra tempora.

1° Status Patriarcharum ab Adamo usque ad Jacobum duravit per annos 2088. Ultimus Isaac, an. 2078.
2° Status Judicum, quorum primus erat Jacob, duravit usque ad annum 2888. Ultimus Samuel 2878.
3° Status Regum Hebraeorum quorum 3 erant Saul David Salomon, duravit usque ad annum 2983.
Divisum in Regnum Judae et Regnum Israel.
1° Rex Juda Roboam ultimus Sedechias duravit usque ad annum 3366.
1° Rex Israel Hieroboam, ultimus Osee duravit usque ad annum 3224.
4° Status Ducum Judaeorum, primus erat Zorobabel anno 3448: duravit usque ad Nativitatem Christi.

## Monarchiae 4

Assyriorum, Persarum, Graecorum, Romanorum.

Monarchia Assyriorum coepit Anno 1791. Primus monarcha Assyriorum erat Belus sive Nembrot nepos cham. duravit ad annum 3430. ultimus erat Baltasar et Nabonidus dictus

Monarchia Persarum coepit Anno 3447 Primus erat Cyrus ultimus Darius monarcha Persarum duravit ad annum 3651.

Monarchia Graecorum. coepit Anno 3657. primus et ultimus Alexander magnus, duravit 5 annis. Divisio Monarchiae Graecorum in 4 Regna.

Reges Macedoniae, Reges Aegypti, Reges Syriae Reges Asiae.

Rex Macedonis 1us Philippus Aridaeus An. 3663.
Rex Aegypti 1us Ptolomaeus Lagi An. eodē
Rex Syriae 1us Seleucus Nicanor. A. eod.
Rex Asiae 1us Antigonus An. eod.

## Roma condita. Anno 3703

Primū Regem habuit Romulū vixit annis 37.
2m Numam Pompiliū regnavit annis 43.
3m Tullus Hostiliū regnavit annis 32.
4m Ancum Martiū regnavit annis 24.
5m Tarquinium Priscum regnavit annis 38.
6m Serviū Tulliū regnavit annis 44.
7m Tarquiniū Superbū qui ê Brutus ob vim illatā Lucretiae 25 anno regni sui in exiliū sceptro destitutū populū.
Exhinc Consules administrabāt Remp Romā, nam usq ad Juliū Caesarem. hi omnes illi Reges defecerunt Anno ab orbe condito 3932.

## Anni Christi Dni.

JESUS natus sub Octaviano 2 Rom Imperatore Anno ab orbe condito 3984.

## Persecutiones Ecclae

1a Sub Nerone An. Dni. 57.
2a Sub Domitiano An. D. 83.
3a Sub Traiano An. D. 100.
4a Sub Antonino An. 140
5a Sub Severo An. 195
6a Sub Maximino An 237.
7a Sub Decio An. 253.
8a Sub Valeriano An 257.
9a Sub Aureliano An 271.
10 O saevissima Sub Diocletiano An 285.

Lucius Rex Britannorum ab Eleutherio Papa baptizat cū sua gente An. 179.

Is à Sapore Rege Persarū victus.

Constantinus Magnus An. 306 cadit Sylvestro Romā.

Originis, Incrementi et Culminis Imperii Romani brevis enumeratio.

Primo sub Regibus septem, Romulo, Numa Pompilio, Tullo Hostilio, Anco Martio, L. Tarquinio Prisco, Servio Tullio, L. Tarquinio Superbo, per annos 203. sup. 40. vel amplius quam usque Portum deque Hostiam intra 18 milliarium Romanum processit imperium. Sub Consulibus vero inter quos interdum Dictatores et Decemviri, ac Tribuni militares fuerunt per annos 407. supra 40. usque trans Padum Italia est capta; Africa Hispaniaque subactae. Gallia et Britannia tributariae sunt factae: Illirici, Histri, Liburni, Dalmatae sunt domiti; Ad Achaiam transitum est; Macedones expugnati; cum Dardanis, Moesis et Thracibus est bellatum. Ad Danubium est perventum. ac in Asia (pulso Antiocho) primum pedem posuerunt Romani, Mythridate victo, regnum Ponti est captum, cum Armenia minori quam idem tenuerat; In Mesopotamiam progressum est, et cum Parthis foedus initum; contra Carducnos et Saracenos ac Arabes pugnatum; Judaea omnis victa. Cilicia et Syria in potestatem redacta; ac tandem in Aegyptum perventum. Sub Imperatoribus autem a D. Augusto nempe ad Theodosii superioris et Honorii ac Arcadii eius filiorum tempora per annos 440. Cantabri, Astures, totaque Hispania sub iugum missa est. Alpes maritimae, Cottiaeque et Rhetia, Noricum, Pannonia et Moesia imperio accesserunt. Omnis ora Danubii in provincias est redacta. Pontus omnis et Armenia maior, Mesopotamia, Assyria, Arabia et Aegyptus in imperii Romani iura concesserunt atque hoc modo his Principibus viris et populi Romani virtute ac immortali eorum gloria hoc Augustissimum imperium ad summum fastigium perductum fuit. Cuius limites

fue

fuère ad occidentem Oceanus, à Septentrione
Rhenus et Danubius, ab Oriente Tigris, à meridie
Alpes mons. quae omnia in tabula Geometrica abunde pro-
ponuntur.

# Tredecim Regni Polonici mutationes et Familiarum quae Regnum tenuerunt.

## Prima Familia Principum Poloniae quae primum omnium Provinciam illam cum imperio tenuisse creditur.

Lechus frater Czechi, regis Bohemiae, ex Dalmatia profectus amplissimas Germaniae et Sarmatiae ditiones occupat et regnum sibi atque posteris constituit: quod alii circa 550 annum post natum Christum accidisse, alii multo serius factum esse putant; Aquilam habuit pro insigni, quod in aedificanda Gnesna urbe magnam Aquilarum copiam reperisset; Eius uxor ignoratur. Filii patrem secuti, etsi qui fuerint, literis mandatum non est, tamen et ipsi obtinuerunt imperium et reliquerunt posteris donec universa stirps tandem post annos ut putant 150 interciderit.

## Secunda Ratio Administrandae Poloniae.

Cum de Lechi familia nullus legitimus superesset haeres Poloni in Palatinos regni gubernationem transtulerunt quales ex universo primariorum hominum coetu deligerunt 12. praestantis autoritatis et probatae viros, quorum statim imperio diu [cuncti] paruerunt, quorumque illi facti crudeliores, occasionem ad instituendam novi Regni formam et ad abrogandam Palatinorum potestatem post multos annos insolitis magnae licentiae exemplis impulerunt.

## Tertia Principum Poloniae Familia.

Sublatis igitur remotis Palatinis nova apud Polonos constituitur monarchia totiusque rei summa Crac[illegible] de omnium consensu mandatur circa Christi 700 annum. Is Cracus profectus ad regni Polonici gubernationem Cracoviam extruit et illam a se denominari voluit. Bella gessit cum vicinis gentibus et aetate confectus e vita discessit. Sepultus in monte Laborino, nomen uxoris ignoratur. [2 filios habuit [illegible]]

Cracus maior natu filius superioris Craci a fratre fraude interficitur.

Lechus [Lecho] minor natu filius, occiso fratre, regnum occupat

quod tñ statim caede patefacta, amittit, coniectus in exiliũ in quo moritur.
Vanda vel Venda filia propter subditorũ erga mortuũ
(Cracum benevolentiam succedit fratri Lecho, pulcherrima vir-
730. go. Verum cũ Rutigerus Teutonicus princeps (qui eam frustra v-
xorem cupiebat) infatuatus ab amore, mortem sibi conscivisset,
ipsa è bello domum profecta, post multas mactatas hostias
se in Vistulã proijcit, ubi extincta est.

## Quarta mutatio Regni Poloniae.

Cum Vanda Craci filia in flumine periisset, neq quisquam esset
ad quem iure polonicũ regnũ pertineret, placuit Polonis ut
reiecta mon. et fere iã antiqua regni per palatinos admini-
strandi ratio in usum revocaretur: Sic igr ad XII palati-
nos rediit imperium quod tñ nõ multo post ad unũ iterũ Pre-
mislaum pervenit.

## Quinta Principum Poloniae familia.

Plebeius homo Premislaus cũ rem contra hostes praeclare ges-
sisset, renunciatus omnium acclamatione princeps fuit circa
annũ 760. et novũ cognomentũ recepit ut propter Le-
chi primi principis memoriam diminutivè Leschus dice-
retur; Mortuus tandem nullos reliquit liberos.

## Sexta Ducum Poloniae familia.

761 Lescus unus ex Poloniae proceribus cũ proposita con-
ditio fuisset, ut qui equo cursu, ad constitutã metã pri-
mus pervenisset, principatũ obtineret, fraudulento usus con-
silio, competitores oẽs antevertit. Itaq Rex declaratus,
sed statim cũ de dolo constaret miser trucidatus, ma-
nũ in primo aditu turpiter amisit, ut propterea pro Re-
ge poni nõ debeat. Sed cum alius proximus in cursu insecutus
in tenui familia natus adolescens, regnũ de oĩ voluntate
consequitur et mutato nomine Lescus dr.
Is igitur Lescus secundus huius nois factus Poloniae princeps
magna moderatione gessit imperium. De imperij vero et de
vitae ipsius diuturnitate literis nihil traditũ e. Eius uxor
ignoratur.
Filius Lesci secundi, Lescus 3us succedit patri in regno
780. Poloniae moritur post rem aliquandiu laudabiliter admini-
stratã

stratam, velutiq ut Poloni scribunt, plurimis liberis. Nã ex concubinis (quarum multas habuit) 20 filios spurios genuit.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| X | Semianus | Sorabiae reguli | IIII | Vratislaus | Domini Rugiae |
| IX | Jaxa | | VII | Pribislaus | Domini Cass- |
| III | Wladislaus | principes Cas- | XIX | Lescimirus | satiae |
| II | Casimirus | subiae. | V | Ota | |
| XIII | Bogdalus | Ex haereditate | VIII | Premislaus | Marchiae |
| VI | Barnimus | paterna Domi- | XI | Ziemovitus | Brandeburg |
| I | Boleslaus | ni Pomerani-ae. | XII | Ziemomislus | principes |
| XIIII | Spicignevus | | XVII | Sobeslaus | |
| XV | Spicimirus | | XVIII | Lescimirus | |
| XVI | Sbignevus | | XX | Vislaus | |

Verum ex uxore legitima (cuius nomen latet) habuit Popielum cognomento Osterich. qui post patrem in Polonia princeps fuit. Alii Pompilium nominant et sedem primo p Cracovia Gnesnam transtulisse confirmant et florente aetate mortuũ esse testant. Eius uxor ignorat. An. I. 815.

Popielus vel Pompilius IIdus huius filius cũ puer adhuc esset mortuo patre, princeps inauguratus et postea grandior factus crudeliter imperat, patruis omnibus veneno sublatis. Sed is Divina ultione statim misere perys a muribus quos ex putrescentibus patruorũ cadaveribus enatos esse scribunt, cum uxore et liberis corrosus et interfectus. Eius uxor Teutonici principis filia fuit, Ex qua habuit duos filios, qui fuerunt Lecho et Popiellus 3us Hi duo cum parentibus depasti et absumpti a muribus, finem et avitae fecerunt et familiae suae. An. 830.

## Septima Familia Principũ et Regũ Poloniae.

Post Popielum cum inter proceres de regno et Rege novo substituendo diu convenire nõ possent tandem Piastus, ex Cruspidanus Cruswiciae, rusticus et simplex hõ, sed hospitalitatis et beneficentiae laude celebris omniũ consentiente sententia, p Divinum miraculũ princeps gentis suae Poloniae renunciat. Cuius posteri p 560 annos imperium in Polonia tenuerunt ut ex sequenti tabula animadverti põt. Piastus Cossiconis filius ex rustico Rex factus tum. Diutissime Poloniã magna cũ laude gu- An. 842

bernasset montz iuncx annorũ 120 circa chrĩ annũ 861.
Eius vxor Rzepicha Ex qua Semouitus

Semouitus vel Ziemoweitus filius vnicus Piasti cum sub patre in militia recte institutus pulcherrima exempla singularis virtutis edidisset in locũ mortui patris substitu-itur. Bellũ cum Moravis Prussis et Pomoranis gessit et inter viuos esse desiit Anno 892 Eius vxor ignoratur Ex qua Lescus 4tus

Lescus 4tus cũ patri successisset nihil memorabile gesti et obysse creditur circa annũ 913 etsi id inter autores contro-versum est Eius vxor ignoratur ex qua Zemomislaus cuius genealogia sequitur

Zemomisli Liberi.

- Miecislaus Cuius Vxor
  - Prima Dambrowka filia Ducis Bohemiae ex matre Bozna; mortua An. 977 Eius filius Boleslaus cuius Vxor
    - Prima. filia Ridaci marchionis soror Caroli repudiata ante nuptias
    - 2a [illegible] ex qua Miecislaus, cuius filius Casimirus, cuius liberi.
      - Boleslaus A
      - Vladislaus B
      - Miesko et Mieslaus obtemio post patris obijt
      - Otho: in [illegible] ante patris [illegible]
      - Suentochna vel Swatochna vxor [illegible] Ducis Bohemiae
    - 3tia Conilda filia Dnĩ Otto, bre miri Ex qua
      - N filia Abbatissa
      - N filia vxor Hermanni Comitis Thuringiae, Marchionis Misniae, q filius Echardi 1mi et frater 2di fuit
      - N filia vxor filii Vlodomiri Regis Russiae
      - Dobremirus
      - Miesco à Dithmaro creditur
    - 4ta Oda filia Echardi marchionis Thuringiae et Misniae.
  - Oda nomine rapta ex Cenobio filia Theodorici marchionis fide supra Dithmarus nomi-nat Ex ea
    - Miesko
    - Suentopolcus
    - Boleslaus

    Cũ matre eiecti e regno a Boleslao fratre.
- Adelheida 2da vxor Geisae Regis Vngariae.

Zemomis

Zemomislus et ipse patris exemplu secutus pacē anteponit
bello et ingloriꝰ moritꝰ: sepultus Gnezna, Anno (ut multorū sententia)
964. Eius uxor ignoratur. Ex qua Micislaus et Adelheida
Micislaus unicus filius caecus natus, dictus postea blandius Miesko
vel Miecisl, nostris scriptoribus Mesco, recipit visū 7mo aetatis anno
praeter omnē spem: postea Rex factus et se oēs deliciis voluptatis
(septem tn concubinas habuit antequā uxorē duceret oēs steriles)
tandem ducta uxore Dabrowka christianae fidei, filia Boleslai Du.
cis Bohemiae ex mre Brena fidem christianā suscepit, in virtutis
viam ingressus, baptizatus anno 965, quo anno etiā uxorē ducit
et Ecclesias et provinciā instituit. Uxor 2da Oda fuit.
frustra à pontifice petit coronā et moritur anno 999.
Boleslaus cognomento Chrobri vel Acer Micislai filius
natus anno 967 princeps factus in locū patris Anno 999 primus
Poloniae Rex renunciatus ab Othone 3. imperatore et coronatus
Anno 1001. Egregius et ferox miles, cū solus regnasset, viectis
fratribus Annos 26 obijt anno 1025. 3 Aprilis sepultus Posnaniae.
Eius 4 fuerunt uxores ut in typo habes. Ex 2da (quae fuit
Juditha filia Geisae, Ducis Ungariae soror Stephani Regis) habuit
Micislaum filium.
Micislaus natus ex Juditha Ungara An. 990. Rex secundus Polo.
niae coronatus Gnesnae cū uxore Rixa (filia Ezonis, qui Hor.
nanni Palatini filius erat nepos Othonis 3tii ex sorore Mathilda
Anno 1025. Dominica Pentecostes cū pompa gloriosē fecisset
moritur Anno 1034 Posnaniae 15 martij natus annos 44. Rixa
vero uxor mortua ē post maritū in exilio Salfeldiae in Germa
nia. Eorū liberi fuerunt Casimirus et N. filia, uxor Bela Regis
Ungariae qui Ladislai Calui filius fuit.
Casimirus post patris mortē à Polonis cū mre ejectus re.
cessit in sacram vitam se Cluniaci dedisset, revocatus
a Polonis, indulgentia pontificis fit Rex tertius, impositaco.
rona Anno 1041. Vincit Maslaū factū in interregno Masouiae
principem Et è vita discessit Rex optimus Anno 1058. 28 Novembr
Posnaniae. Eius uxor Maria soror Jaroslai Ducis Russiae filia
Wlodomir ex mre Anna sorore Basilij et Constantini imperatorū.
Poloni eā mutato nomine Dobrognevam dixerunt Eorū liberi
5 fuerunt, ut in typo est.
Boleslaus 4tus Poloniae Rex cognominatus Audax et Largus
A. coronatus Gnesnae Anno 1058. vincit Russos Bohemos et
Ungaros: tandem Tyrannus Stanislaū Epm trucidat. Inde Excomuni.
catus Anno 1079 fugit in Ungariam Anno 1080 et moritur An. 1081.

vel dilaceratus à canibus in silvis, vel cum ipse sibi manum intulisset XII Cal. Aprilis. Eius uxor Wisseslava Russorum Principis filia quae mortua est Anno 1089 in martio. Horum filius unicus Mieislaus 12 annorum puer cum patre in exilium profectus revocatus in Po- loniam à patruo Duce se morte spiritus liberatus Anno 1089.

B. **Vladislaus** dictus etiam Hermanus successor dicti fratris sed sine corona, princeps in Polonia laudabilis miles, victor Pome- ranorum et Prutenorum, bellum cum Sbigneo spurio filio gerit. Rus- sos vincit, et postremo profectus morbo emigrat è vita An. 1102 pridie Nonas Junii cum regnasset Annos 20, vixisset fere 59. Eius Ge- nealogia est in sequenti typo.

Vladislai liberi fuerunt 7 X

Concubina. Sbigneus, ex monacho impius miles, post pa- tris Dux Mazoviae, Cuiaviae et Lanciciae Rebellis primum paterna ditionis exutus, deinde multatus exilio, tandem occiditur.

Et uxori.

Prima Sbislava filia Svatopolci Ducis Kiouiensis quem alij Stepolcum michaelem nominant.
- Suentoslava
- Juditha, uxor Stephani, filij Colomani, Regis Ungariae, Alij putant Colo- mano nupsisse Stephanum fratri successoris Colomani filii. Sed Ungaricae Historiae dissentiunt.

Primaque fuit Ju- ditha filia Wra- tislai Ducis Bo- hemiae ex Adel- heida filia Re- gis Regis Ungariae) Bo- leslaus cuius liberi ex uxore.

- Vladislaus
  - Boleslaus altus
  - Miecislaus
  - Conradus Loripes
  - Hi gestis inter- cessione Friderici Imperatoris Silesiam obtinue- runt et omnes Silesiae Principes pariter ex eorum familia propagantur. Vide Tabulam Silesiae Princi- pum cuius hoc posterorum memoriae.
- Casimirus natus An. 1122 mortuus 1132
- Boleslaus Crispus
  - Lescus
  - Boleslaus

2da Adel- heida filia Henrici 4 soror 5 Im- peratoris

- Mieislaus A.
- Henricus Dux Sandomiriensis et Lubli- nensis abit in Syriam, reversus occiditur in bello Prutenico An. 1165 vel 1167 sine uxore et liberis
- Kasimirus. B.

2da quae fuit Sophia filia Henrici 3. soror 4 Henrici Impe- ratoris; vidua Salomonis Ungariae Regis. Nuptiae Anno 1088. Tres filiae quarum nomina ignorantur.

An. 3. 1102 **Boleslaus** cognomento Krzivousti, hoc est distortus ore cum.

cum fr[atr]e Sbigneo provincia, Dux Cracoviensis Sendomiriensis Siradi-
ensis et Silesiae. Vastat Moraviam; Domat fratrem; Pomera-
nos et Prutenos cum magna internecione subigit, bellum etiam
cum Henrico 5 imperatore habet sed pacem petit et moritur Anno 1139. 159
cum regnasset annos 36 vixisset 53. Sepultus in Ecclesia plocensi.
Eius duae uxores Sbislava et Adelheida; Ex illa Suentosla-
va, Juditha, Vladislaus. Vladislaus primarius princeps post patrem
in partitione provinciae factus, retinet Cracoviae Silesiae et Pome-
raniae principatum. Sed cum fratrum etiam ditiones appeteret
exclusus a regno coniuge in exilium. Eum Conradus Caesar cum
restituere vellet non potuit. Fridericus Caesar perfecit ut in Sile-
siam reciperetur, sed occupaturus promissam Silesiam obiit in iti-
nere Anno 1159 Sepultus Aldenburgi in Holsatia. Eius uxor
fuit Christina filia Henrici 5 imperatoris. Alii Gertrudam
vocant Leopoldi marchionis Austriae filiam, cum quibus ego confecto
Ex ea habuit 3es filios, Boleslaum altum, Mieslaum et Con-
radum Loripedem. de quibus in typo
Ex altera uxore Adelheida Boleslaus habuit Casimirum Boleslaum An. 1148
Crispum, Mieslaum, Henricum et Casimirum.
Boleslaus Crispus ex divisione Dux Masoviae Culmae et
natus anno 1127 fratre Vladislao eiecto primarius Poloniae
princeps An. 1146. Prutenos vincit: moritur anno 1173 pridie Cal.
octobris. Sepultus Cracoviae. Uxor prima Anastasia filia Vsevo-
lodomiri Ducis Russiae Haliciensis, soror Eudoxiae. Secunda
Helena filia Rostislai Ducis Premisliensis: Ex ea duo filii
Boleslaus qui anteuertit patrem morte. Et Lescus a patre
Masoviae et Cujaviae Dux institutus. Moritur sine uxore et
liberis, relicto haerede Casimiro patruo.
Mieslaus natus Anno 1130 cognominatus Senex, Dux
primum Gnesnensis Posnaniensisque deinde fratre mortuo Po-
loniae supremus princeps cum crudeliter imperaret deiicitur de
principatu An. 1177 quem quarto recuperavit, semper iterum
reiectus. Tandem magna aetate moritur Anno 1202.
Eius 3es uxores fuerunt Eudoxia filia Vsevolodomiri
Ducis Russiae Haliciensis quae obiit anno 1177 sine liberis
2da Gertruda filia Belae Caeci Regis Ungariae soror
Geisae. 3tia Adelheida neptis Friderici Imi Imper.
ex sorore vel consobrina fortassis Ducissa Brabantiae
Gothfridi 3tii filia. Ex his liberi in sequente Ta-
bula videntur sub litteram A.

A Miecislao fuerunt ex.

Adelhaida tertia uxore

Filiae 5. quarum noia ignorata sunt
- Uxor Othonis Ducis Halensis
- Uxor Boguslai Ducis orae maritimae
- Uxor Boguslai primi Boguslai filii
- Uxor Luderici Ducis Lotharingiae
- Uxor Ducis Saxoniae

Filii 3es.
- Boleslaus occisus in bello Anno 1195
- Mieslaus
- Vladislaus nagnus dictus laskonogi electus Dux Cracoviae. cum Lescum Album patruelem An 1203 sua sponte cedit anno 1205 ... patrueli contento Ducatu Gneznensi, sed à fratris filio ejectus ex Polonia fugit in Silesiam et tandem in exilio obiit ex marore 1231. Uxor eius ignoratur Mortuus sine liberis

Gertrudis secunda uxore

Filii duo
- Stephanus
- Otto qui arma cum Casimiro patruo cum fratre ... post ea ... cum fratre vixit aliquandiu patruo mortuo ... post insecutus ... filius Vladislaus Luvaz
  - Premislaus
    - Premislaus eius filia Rixa cuius maritus ... Bohemiae Rex, auctor ... Daniel ... polonia
    - Constantia uxor Conradi March. Brandeburg.
    - Euphemia uxor Vladislai Opoliensis Ducis in Silesia
    - Euphrosina alias Agathia } moniales ambae.
    - Veronica } moniales ambae.
  - Salomea uxor Conradi Ducis Silesiae qui Henrici pii filius fuerat. Hanc alii ... sororem sed filiam Premislai faciunt ... credunt
  - Boleslaus
    - Anna religiosam vitam secuta
    - Elizabetha uxor Henrici ventricosi Ducis Lignicensis in Silesia
    - Hedwiga uxor Vladislai Lokteci postea Regis Poloniae

Filiae 3es quarum etiam nomina ignorantur
- Uxor Boleslai Ducis Pomeraniae
- Uxor Boleslai Ducis Pomeraniae
- Uxor Vladislai Ducis Rugiae.

Vladislaus dictus Luvaz — Spineator Dux totius maioris Poloniae primum et ejecto mortuoque patre Gneznensis Princeps Anno 1231. Exutus tota ditione ab Henrico Barbato Silesiae Duce cum solam Gnesnam reliquam haberet Moritur in Pomerania in exilio apud socerum Anno 1239 Corpus Posnaniam delatum ter-

ra

re mandatz. Eius vxor fuit Helinga soror Suatopolcij Ducis Po-
meraniæ ex qua habuit Premislaum Salomeā & Boleslaum

Premislaus vel Premislus recuperata paterna ditione An. 1242
partita An. 1250. principatū cū fr̄e retinet Posnaniēsē & Gnesnēs. 52
prouinciā. moritz an. 1257 cum 36 annorū esset et nunqz obnq-
ant iratus fuisset. Eius vxor fuit Elizabetha filia Henrici Vratis-
laviensis principis soror Boleslai calui. Ex hac habuit Premi-
slaū et sorores duas de quibz in tabula. An 1257

2 Premislaus vel Premislus posthumus Premislai filius primū ex
patre Posnaniensis et Gnesnensis, deinde mortuo patruo dux totius
maioris Poloniæ An. 1279 dux Cracouiensis & Sandomiriē. ex te-
stamento Henrici Probi Vratislaviēsis Anno 1290 sed Sandomiriā
sem retinet Locticus armis; De Cracouiensi sponte cedit Ven-
ceslao Bohemo. Dux Pomeraniæ ex Mestuig testamento Anno
1294 Tandē Rex iterum Poloniæ cum 215 annis Rex poloni-
æ nullus fuisset. Coronatus anno 1295. 26 junij, cum titulo
Regni Poloniæ & Ducatus Pomeraniæ, sed altero statim an-
no occidit Anno 1296. 6 februarij. cum regnasset menses 7
dies 11. vixisset annos 38 menses 3. dies 24. Succesit
Locticus in regno, sed ejectus Anno 1300 Eius duæ vxores
nominantur. Prima Lubonda vel Ludgarda neptis Barnimi Ducis
Stetinensis filia Henrici Megalopolitani principis cū marito
nupsisset An. 1273 iugulatur à pedisequis suis iussu mariti
An. 1283. Secunda Richsa filia Regis Sueciæ. ducta An-
no 1285 ex qua filiam habuit vnicā Rixam vel Elizabe-
tham q patre moriente annorū octo vel vt alij decem re-
gnū Poloniæ ad maritū Venceslaū Regem Bohemiæ transfert
post quem nupsit Rudolpho Austrio Alberti Cæsaris filio de
quo in octaua mox familia dicetur.

Boleslaus cognomine pius diuisa cū fratre prouincia
Dux Kalisiensis anno 1250 Nam paternam ditionē ambo fra-
tres receperant An. 1242 Egregius miles, decessit Anno
1279 Eius vxor Jolanda vel Helena filia Belæ Regis
Vngariæ, soror Cunigundæ vxoris Boleslai pudici.
Nuptiis celebratis An. 1256 Habuit tres filias de qbus
iam dictū in Tabula.

1127

Casimirus natus An. 1139. cū à patre ha- res scriptus nō esset in lo- cū Henrici fris succedit An. 1165 Dux Sandomi- riæ & Lublinij. Deinde eiecto Micislao frē su- premus princeps Polo- niæ et Dux Cracoviæ. An. 1177. Dux aliquot ditionū Russiæ An. 1179 Dux etiā Masoviæ et Cuiaviæ post fratris fi- liū Lescū. Mortuus vene- no Anno 1194 Eius v- xor Helena Beseuoldi Bellonsiū Ducis filia. Ex qua liberi.

Boleslaus, puer mortuus ex tibiore morsu

Conradus Dux Masoviæ, autor om̄ Masso- viæ principū q post sū vixerūt vide tabulā Ma- zoviæ principum

Apud laidꝫ munidꝫ

An. 1194 Lesco Albus: quod nomē à capillis impositū habe- bat, puer pene in locū patris Cracoviēse (hoc ē su- premum Poloniæ) principatū consecutꝰ An. 1194. ce- dit patruo de matris consilio An. 1200 et statim recuperat omnia, eiecto Micislao cui secundo cedit et etiā filio eius Vladislao Lascanogæ; sed tandē acceptū iterum Anno 1206 principatū retinet usq ad annū 1227 in quo à Suentopolco Pome- raniæ Regulo proditoriè interfectꝰ vitam et princi- patum amisit. Eius uxor fuit Grzimislawa filia Ja- roslai Ducis Russiæ. Nuptiæ fuerūt Anno 1220 ipsa obijt Anno 1258. Ex ea nati

sub ... ... ... cū ... ... ... ... ... ...

Boleslaus Pudicus captus cū matre à patruo Conra- do Masoviæ elabitꝫ An. 1234 et recipit paternū Poloniæ principatū. Deinde à Tarta- ris eiectꝰ An. 1240 fugit in Ungariā et inde in Moraviā. Redit An. 1243 Mortꝫ sine liberis servatꝫ in coniugio virginitate An. 1279 7. De- comb. Sepultꝫ Cracoviæ ad D. Francisci. Uxor eius Cu- nigunda Belæ Regis Unga- riæ filia ducta An. 1239 mortua An. 1292.

Salomea uxor Colomani Hungari Ducis Halicien. in Rus- sia q filius erat Andreæ Hun- gariæ Regis

Post Boleslai Pudici mortē de principatu Poloniæ variè concertatū fuit primū cū Lescus niger in Boleslai Pudici locū suffectus, filius erat Casi- miri nepos Conradi Masoviæ principū quē quare inter Masovios. illi mortuo. Anno. 1289 successit in Cracoviensi principatu Boleslaus Plocēsis Masoviꝫ Conradi frater quē Henricus Vratislaviēsis eijcit et hic iterum Vladislaus Locticus Lesci Nigri frater. Sed Vratislaviēsis rerū itē potitus moritꝫ & Premislum ducē maioris Poloniæ heredem regni sui- bit. Is Venceslao Bohemo cedit; inde inter Locticū & Venceslaū Bohe- mum ppetuæ dimicatiōnes: donec tandem iterū summa rei cum titulo Regio mandaretꝫ Premislo Duci maioris Poloniæ quod accidit An. 1295 post 6 annorum interregnum

# Citrua Regum Poloniæ Familia.

Venceslaus Rex Bohemiæ Rixæ Premislai filiæ, maritus in 2do matrimo- nio cū Vladislaū Locticū q tres iam annos regnaverat factꝰ

Rex

Rex Poloniæ Anno 1300. moritur 1305. 9 cal. julij Eius uxor pri-
ma fuit juditha filia Rudolphi Cæsaris ex qua habuit Wence-
slaum juniorem, q cum patri in Bohemia successisset Poloniæ etiam re-
gnum armis repetiturus in itinere decidit 1306 Eius Uxor Viola
Ducis Teschinensis filia



# Nona mutatio imperij Polonici hoc est Re-
# stitutio Regni in familiam Septimam

Wladislaus Locticus filius Casimiri nepos Conradi Ducis
Masoviæ frater Lesci nigri Ducis qui principatum Cracoviensem et Do-
minatum totius Poloniæ obtinuit, ex avtori Regnum Poloniæ familiam
à patre Brzestensem provinciam in Cuiavia haberet et fratris
Casimiri obitu accessione Lanciciensis tractus locupletatus est
primum fratre Lesco Principe Poloniæ mortuo Siradiensem provin-
ciam occupat; inde contra Henricum Wratislaviensem cum superior-
armis esset Princeps Cracoviensis renunciatus statim de pos-
sessione regni depellitur retenta Sandomiriensi regione. et cum
Wenceslao Bohemiæ Rege diuturnum bellum pro Cracoviensi
principatu, quem Bohemus ex cessione Premisli postea Regis Polo-
niæ habebat, frustra gerit. Donec contra verumque Rex electus
premislius principatum Cracoviensem sibi subiugaret. Sed post mor-
tem premislai vel premisli Anno 1296 Locticus noster declaratus
Rex Poloniæ, universam Poloniam (paucis arcibus exceptis) trien-
nio possidet sine corona regia. Eiectus iterum Anno 1300 et de-
spoliatus omnibus fortunis locum dedit Wenceslao Bohemo, facto in lo-
cum illius Regi Poloniæ et cum Roma et è Roma in Hungariam fugis-
set, adiutus ab Amadeo palatino Hungariæ armis Poloniam re-
petit Et cum interim mortem Wenceslaus Bohemus obijsset regnum to-
tum recuperat Anno 1306 subacta tandem etiam maiori Polonia
quam usque ad annum 1310 Henricus Glogoviensis Silesius Princeps
contra Locticum tenebat. Pomeranos etiam sub suam potestatem
adigit, et tandem non dissentiente Papa coronatur in regem
Anno 1320 Marchiam Brandeburgicam vastat An. 1320 vincit
prutenos Cruciferos et Massovios q cum illis sentiebat An. 1328
moritur ad 6 vel 4 idus Martij (dissentiunt enim scriptores) Anno
1333 sepultus Cracoviæ. Eius posteros quamquam cum illo ad
Massovicam Lineam (q ex polonica Regia fluxit) pertinebant tum huc
adscribere visum est, ut Regni successio melius explicata esset

et conspici posset quod Decima Regum Poloniae familia ad Regni successionem pervenerit.

n 132.

Casimirus cognomento Magnus natus An. 1310 pridie Cal. maij coronatus cum uxore prima An. 1333 in festo S. marci 25. Aprilis in ... Cracoviensis Schola ... in poloniam ... Russiae Silesiae Valachiae et Lithuaniae ... obiit tandem ... An. 1370. 5 Decemb. cum regnasset annos 37. Eius uxores 4 fuerunt

Is igitur Vladislaus Locticus post varias vicissitudines fortunae tandem Rex Poloniae coronatus obiit ut dictum est 6 die martij An. 1333 Eius uxor Hedviga Boleslai Calissiensis in maiori polonia Ducis filia ex Regia stirpe Heroum liberis fuit.

Prima filia Gedimini Ducis Lithuaniae cui Annae nomen in baptismo impositum fuit. Ducta Anno 1325 cum sponsus esset 16. annorum mortua Anno 1339 Eius filia fuit Elizabetha uxor Boguslai Ducis pomeraniae Stolpensis mater Elizabethae uxoris Caroli 4 Caesaris mater etiam Casimiri Ducis Stetinensium vel potius Stolpensium

Secunda Margareta filia Joannis Regis Bohemiae vidua Ducis Bavariae Henrici mortua ante nuptias.

Tertia Adelheida filia Henrici Landgravij Hassiae quae ducta Anno 1341. et male quod tractata a marito adultero domum in Hassiam reducta a patre Anno 1356 quo etiam anno obiit.

Quarta Hedviga Glogoviensis principis Silesij Henrici filia nuptiae celebratae Anno 1357 Ex ea

Hedviga uxor Ducis Romani.

Anna uxor Wilhelmi Comitis Ciliae mater Barbarae uxoris Sigismundi Caesaris et mater etiam Annae 2da Vladislai Jagellonis Regis poloniae Conjugis.

X filia uxor Bornhardi Ducis Suidnicensis in Silesia.

Elizabetha uxor 3tia Caroli Regis Ungariae unde Decima familia Regum poloniae.

# Decima familia Regum poloniae ex Regibus Ungariae & adoptione Ludovici facta a Casimiro magno Rege poloniae.

Carolus Rex Hungariae filius Caroli martelli nepos Caroli Claudi Regis Neapolitani pronepos Caroli Andegavensis Neapolitani Regis Coronatus Hungariae Rex An. 1310 mortuus An. 1342. 17 Cal. Aug. Eius uxor ut dictum est fuit Elisabetha Vladislai Loctici filia

Caroli Regis Ungariae & Eli

Stephanus Dux Sclavoniae & Dalmatiae

Andreas natus An 1327. maritus Joannae Neapolitanae Reginae strangulatus ab uxore An. 1345.

Ladislaus natus Anno 1324 mortuus 1329

Carolus mortuus infans An. 1321

Ludovicus natus Anno 1320. 5 Nonas Mart. adoptatus a avunculo Casimiro in Regnum poloniae An. 1339 succes sit patri in Ungaria An. 1342. coronatus in Ungaria dic solis post festum Divi. Hieronymi, Apostolicum Domini poloniae ubi regnum obtinuit impositum Cracoviae An. 1370. 17. Novemb. Moritur An. 1382. 11 die Sept. cum vixisset annos 55 regnasset in Ungaria annos 40. mense 1. dies 22 in polonia annos 11. menses 9. dies 25.

2ae Uxor.

Prima Margaretha filia Caroli 4. Imper. mortua Anno 1349.

2da Elisabetha filia Stephani Regis Bosnae Ex matre Elizabetha Masovica Casimiri Cimenthowitz filia post mariti obitum Demergitur et suffo catur a Joan. Croatio Bano Croaciae.

Catharina mortua in pueritia desponsa Ludovico Aurelianensi Caroli 5 Regis Fr. filio.

Maria uxor Sigismundi imper.

Hedwiga primum promissa a patre Guilelmo Austriae Duci An. 1375 sed postea tradita Jagellom Duci Lithuaniae et ex illa factus Rex poloniae undecima familia propagavit.

Ex ea.

abreha [illegible] deborant

# Undecima Familia Polonorum Regum ex Lithuaniae Ducibus

Post mortem Ludovici novae iterum contentiones de polonia re gno extiterunt. Primum Rex poloniae renunciatus fuit Sigismundus Marchio Brandeburgicus Caroli 4 filius postea Imp. illo repudiato Ziemovitus Dux Masoviae Ziemoviti filius a quibusdam ad spem regni asciscitur et in comitiis Rex declaratur, sed et hoc a ceteris reiecto cum Hedwiga Guilelmum Austriae Ducem Leopoldi filium desponsum iam diu a patre maritum cuperet et is Cracoviam venisset expectatus a Regina: sed cum omnes animi in Jagellonem Lithuanum propenderent spreto cum Wilhelmo Austrio Regnum Jagelloni cum sponsa Hedwiga tradit.

Jagello Dux Lithuaniae filius Olgerdi nepos Gedimini Ex uxore primus Rex poloniae baptisatus nominatus Wladislaus Anno 1386. 14. Febr. Scholam Cracoviensem inchoatam a Casimiro Magno perfecit An. 1400. Ex multis bellis victor et pro ista gente laudabilis Rex moritur admodum senex Anno 1434 pridie Cal. Junii cum regnasset in polonia Annos 48.

Prima Hedwigis filia minima natu Ludovici Regis desponsa a patre Wilhelmo Austrio post elocata a polonis Jagelloni Lithuano Regnum in novam familiam transfert Coronata cum virgo esset An.

[illegible] 4

no 1382. nubit Jagelloni An. 1386 moritur 1399. 12. die julij
Ei filia Elizabeth Bonifacia nata et statim mortua
Anno 1399.

Fuerunt Vxores | SECUNDA Anna Wilhelmi Ciliae Comitis filia neptis Casimiri Regis poloniae Ducem Anno 1401. Coronata An. 1402 moritur An. 1416 Eius filia Hedwiga sponsa fuit Ludovici Marchionis Brandeburgici moritur ante nuptias veneno ... Anno 1431.

Tertia Elisabetha ex Pilecensium familia Othonis palatini Sandomiriensis filia vetula quarto iam nupta moritur Anno 1419 tertio coniugij anno sine liberis

Quarta Sonca filia Andreae Iwanny Kiouicensis Ducis ex matre ... in noua baptismate Maria nomen accepit Ducta Anno 1422 Coronata An. 1424 moritur 1461. Ex ea nati sunt

Elisabetha vxor Henrici Stolpensis Pomeraniae Ducis.

Wladislaus natus An. 1424 pridie cal. Novemb. Successit patri in regno Poloniae suscepta corona An. 1434 vocatus ad regnum Hungariae An. 1439 Coronatus An. 1440 ... Domos cum ... pactas ... Eugenio papa ... ... occidit in pugna Varnensi Anno 1444 10. Novembris Nec reperiri unquam potuit erat autem nuptiarum admodum ... vigesimum primum attingens annum.

Casimirus natus anno 1426 die 20 may moritur Anno 1427. 2. martij

Casimirus alter vel Andreas Casimirus natus Anno 1427. 3 cal. Decemb. electus Bohemiae Rex An. 1437 ... regnum ... Lithuaniae An 1440 cum ... fratris in regnum Poloniae ... An 1445 cum tergiuersatus tandem ... cum ... Boleslaus con ... illum Rex Anno 1445 declaratus ... venit in poloniam An. 1447 et Rex ... corona pronunciatus 25 die junij ... moritur An 1492. 7 junij sepultus Cracouiae cum vixisset annos 64 regnasset 45 ... Vxor Elisabetha ... Alberti Austriae Regis Rom. Hungariae ... Bohemiae ... nuptias ... An 1454. 6 Decemb ipsa ... An. 1505 3 cal. Augusti ... sequuntur

14 Wladislaus natus An. 1456 Cal. marty post horam noctis 3tiam electus Rex Bohemiae 25 may ... Augusto An. 1471. Rex Hungariae Anno 1490. 11. Cal octob moritur anno 1516 13 marty

martij natus 51. annos 2 mensis

Sponsa univ[ersalis] dicta vidua Matthiae R. Hungariae [illegible] Regni [illegible]

Uxor Anna filia Dni de Candalla [illegible] in Gallia Regina Anno 1502 29 septemb. Mort. 1506. 26. julij cum liberis

Anna cum fratre Elisabetha natis nata Anno 1503. de 23 July uxor Ferdinandi Imperat. An: 1521. mort. Anno 1547.

Ludovicus natus Anno 1506 cal. may [illegible] coronatus in Hungaria An. 1508. 4 juny [illegible] in Bohemia An. 1509. 11. martij. mort. in pugna Mohaciana [illegible] in aqua An. 1526. 4 cal. Septemb. Eius uxor Maria philippi Austrij R. Hispaniae filia soror Caroli 5. junior.

Liberi Casimiri ex Elizabetha Austriaca

2 Hedwiga nata An. 1457. 27 Septemb. uxor Georgij Ducis Bavariae.

3 Casimirus natus An. 1458 3. oct. mort. ex phthisi An. 1483 [illegible] uxor sanctissimus adolescens

4 Joannes Albertus natus Anno 1459. 27 Decemb. electus Rex Hungariae Anno 1490 [illegible] [illegible] exclusus venit in poloniam, factus Dux Glogoviae ex [illegible] in Silesia, [illegible] ptus regnu poloniae An. 1492. 27. Augusti coronatus 23 Septemb. Mort. apoplexia [illegible] An. 1501. 17. junij cum vixisset annos 41 menses [illegible] dies 24 ~~[illegible]~~ ~~uxor Helena~~ Regnasset annos 8. menses 8. dies 25

5 Alexander natus An. 1461. 5. Aug. [illegible] Magnus Lithuaniae Dux, statim à patris obitu à Lithuanis renunciatus, successit tandem fratri in Regno poloniae An. 1501 mort. An. 1506. 19 Augusti. Vilnae cum vixisset annos 45 dies 14 [illegible] uxor Helena filia Joannis Ducis Moscoviae mort. An. 1513

6 Sophia nata An. 1464. 5. maij. uxor Friderici Marchionis Brandeburgici

7. Elisabetha nata An 1465. 3. may Mort. An. 1466

8. Sigismundus [illegible] signum *

9 Fridericus natus An. 1468. 27 April. Cardinalis Tituli S. Luciae Archiepis Gnesnensis et Epus Cracoviensis. Obijt confectus morbo gallico An. 1503.

10 Elisabetha altera nata An. 1472 XIII Maij mortua
11 Anna nata An. 1476 12 Martij uxor Bugislai Ducis Stetinensis et Stetinensis in Pomerania
12 Barbara nata Anno 1478 15 julij uxor Georgij Ducis Saxoniae et Marchionis Misniae

Sigismundus natus An. 1467 cal. Jan. consecutus Ducatus Glogouiensis et Opauiensis beneficio fratris Joan. Albert. An. 1500 Magnus Dux Lituaniae post fratris mortem An. 1506. electus Rex Poloniae cum fratrem Vladislaum mortuus nuntij An. 1506 8 Decemb et coronatus An. 1507. 24 Januar obijt An. 1548 cal. April. cum vixisset Annos 81 menses 3. Eius uxor

1 Barbara Stephani Comitis Scepusiensis Palatini Transsyluanici filia ex matre Hedwiga Ducissa Techinensi, soror Joannis R. Hungariae ducta An. 1512 mortua An. 1515 11 octob. Eius 2 filiae Hedwiga nata Posnaniae 21 Martij ante 14 horam An. 1513. uxor Joachimi Marchionis Brandeburgici Electoris. Anna nata An. 1515. 14 julij.

2a Bona Sforzia Joannis Galeacij Ducis Mediolanensis et Isabellae Aragoniae Reginae Neapolitanae filia. Ex ea liberi 5.

1 Isabella uxor Joannis Waiuodae Transsyluanici Regis Ungariae mater Joannis 2di.
2 Sophia uxor Henrici junioris Ducis Brunsuicensis
3 Catharina uxor Joannis Ducis Finlandiae iam Sueciae Regis
4 Sigismundus Augustus natus An. 1520. 4 Non. August hora 3 ante meridiem ascitus a patre ad regni consortium et coronatus Anno 1530. Bellum gessit cum Moscho et mortuus sine liberis An. 1572. 22 julij cum regnasset solus post patris obitum An. 24 mens. 6 dies 23. Eius uxores sunt 3es

1 Elisabetha Ferdinandi Caesaris filia Nuptiae An. 1543 celebratae obijt An. 1545. 15 jun. sine liberis
2 Barbara Radziuilia sine liberis
3a Catharina soror prioris Elisabethae filia Ferdinandi Imperatoris vidua Fran cisci

5 Anna Sigismundi Augusti soror mortuo patre et defecto regno cum Henricus Gallo virgo admodum senex magna aetate nubit Stephano Batorro An 1576 quem ex hoc coniugio Regem fecit.

cisci primi Mantuae Ducis. Ducta, Anno 1553 pridie cal. Augusti moritur sine liberis



## Undecima Regni in novam familiam translatio.

Cum post mortem Sigismundi Augusti de novo Rege diu multumque consultatum fuisset tandem post bene longam deliberationem deligitur Regem Henricus Dux Andegavensis, filius Henrici secundi, Franciae Regis: frater Caroli qui in gallia tum regnabat. Is igitur Rex in castris Galliae salutatus a Polonis 17. julij An. 1573. comparat se ad polonicam profectionem et in iter eodem anno 28 septemb. ingreditur. Cum in Poloniam pervenisset altero deinde anno 1574. 21. febr. coronatus, non multo post. frater in gallia mortuo cum publice vel jure Rex galliae renunciatus esset conuiuium Regni primariis Poloniae praebuit 17. eiusdem anni, et statim consequenti nocte cum paucis ministris clam abiit et Gallicum regnum absens polonico anteponebat. Hic cum post accessorem quod Polonico antequam regnasset menses 3 et dies 25 polonicum regnum in discessione vacuum reliquit et novo tandem Regi qui 13 familiam inchoaret locum dedit.

## Decimatertia familia Regum Poloniae.

Stephanus Bathory post discessum Henrici Francorum Regis per multas difficultates tandem Polonico regno potitus Anno 1576 cum Anna duxisset Sigismundi Regis mortui adhuc sororem. Erat autem Transylvanus satis illustri nato in vetere et amplissima Bathoriorum familia, Regnum magnum cum laude feliciter administravit.

## Decima quarta familia Regum Poloniae.

ba Maximi Balbini et Gordiani iurarunt venientesque Imperatores
Romam et in palatium receperunt. Talem exitum sortitus est Maximinus
crudelis cum triennio imperasset cum filio suo.

Maximus qui et Pupienus et Decius Gothus Balbinus,
cum Maximinus adhuc viveret dicti sunt Augusti. Et venientes Maximo cum
cum Maximinus adhuc viveret dicti sunt ... plurimi honores. Quod cum Bal-
bini exercitu Romam decreti sunt et plurimi honores. Quod cum Bal-
binus agre tulisset mortes sunt inter eos factae. Discordia et Maximini
exercitus utrumque odio habuit quod quem ipsi imperatorem fecerant censis
esset. Illi aut cum a senatu dicti essent quam urbem et populum regerent leges
optimas condiderunt et res bellicas disponerent. Unicuique dolebat
militibus tantam esse autoritatem apud senatum. Quaerebat igitur occasionem
ut ambos occiderent quos tamen dominum in venta est eam opportunum utrique.
Cum aut Maximus contra Parthos et
ligerent inter se discordiam cum aut Maximus contra Parthos et
Balbinus contra Germanos essent profecturi, ludis quibusdam scenicis milites
tumultum excitarunt in palatio contra Maximum, gliscenteque seditio-
ne militum, ambo sunt de palatio detracti ac per media civitatis
ad castra raptati atque occisi. Cum annum unum imperassent.

Gordianus amabatur memoria Gordiani avi sui patris a militibus
quod in militari morte perierant a senatu populoque Rom. Et cum is solus
regnaret inter populum et milites at veteranos pax roborata est et
fines intestini belli fuit. Praefectus aut ad bellum persicum quod tunc
imminebat duxit uxorem ne contemptibile regimen esset imperium.
transiensque et Nisiam [illegible] hostium in Thracia repente delevit fugavit
et repulit. Inde et Syriam in Antiochiam venit quam iam Persae tenebant,
triumphavitque de hoste. Erat tum in exercitu Philippus qui a Gor-
diano in odium militum duxit asserens Gordianum nimium iuvenem
esse, nec posse tantum exercitum regere. Imperium igitur Philippo mandatum
est, ne ille cum Gordiano pariter imperaret. At iste suscepto imperio
in superbiam venit et Gordianum nec in imperatorem nec in aliorum duces
loco habere vellet sine cum amorem populi et senatus circa Gordianum
considerarent curavit illum occidi cum regnasset An. 6. Aetatis An. 20

M. Iulius Philippus Arabs humili genere ortus, virtute vir militaris clarus. Romam venit et sub Caesaribus militavit. Cum Gordiano contra Persas profectus primum Praefectus Praetorii est, at deinde de imperio cogitans, Gordianum Imperatorem circumvenit ac de imperio deturbavit clamque occidi mandavit. Et scribens Senatui literas dixit Gordianum morbo extinctum et se ab exercitu Imperatorem creatum. Acceptus Senatus eum reddidit ipsumque Augustum appellavit. Hic seculares cum magna pompa celebravit ludos quod esset millesimus annus urbis conditae. Primus ex Caesaribus nomen Christi professus est. Interim tamen dicitur deterior fuisse Punica fraude, sceleste scelera sub specie cultus Christiani nominis. Sed a militibus Veronae caesus Anno Imperii 5to.

Decius clarissimus in Pannonia inferiori natus parentibus a cunabulis spem bonam praebuit futuri. Nobilis mores virtutes cum aetate creverunt quibus amplissimas assecutus est dignitates, non ambitione neque emptis suffragiis. Et militibus Illyricianis primum Imperator est factus deinde a Senatu Augustus appellatus. Cogente autem Senatu consortem imperii ac Caesarem fecit Decium filium suum. Vixit An. 50. Regnavitque cum filio fere biennio. Senatus luxit eum ac eius nominis Decianas in Aventino thermas aedificavit. Fuit Princeps in omnibus laudandus si a Christianorum suppliciis abstinuisset.

Gallus Hostilius Imperator factus est a legatione quae integra mansit in praelio Scytharum. Qui omnes superfuerant ad hunc confugerunt velut servatorem reliquiarum Romani exercitus. Hic ignominiosum foedus percussit cum ~~Scythis~~ Scythis, atque Respub. Rom. primum accepit iugum servitutis Scythicae. Cumque paulo post Aemilianus a milite Caesar salutaretur et Gallus motus illos vellet opprimere interfectus est cum filio Ao. aetatis suae 47. Sed paulo post cum Aemilianus tribus mensibus imperasset fuit et ipse interfectus. Gallus vero imperaverat 2 annis.

Valerianus et Galienus filius eius Imperatores facti ab exercitu qui in Rhetia et Norico fuit. Pater quidem vitam ad senium usque incorruptam duxit. Superatusque est a Rege Persarum. Hic enim fuit captus et ignobili ac perpetua servitute apud Parthos consenuit. Quoad enim vixit Sapor Rex Persarum eo incurvato pedem cervicibus eius imponens equum ascendere solitus erat pro scabello eo usus. Galienus vero cum audisset patris captivitatem mox in delicias ipsius vacabat et omnia negligenter agebat. Tunc exercitus congregatus fecit Macrianum cum filiis Imperatores. Quibus in oriente occisis. Valens imperium assumpsit qui in Achaia Proconsul fuit. Galienus vero interim vino, mulieribus, popinis

lenonibus

lenonibus ac mimis deditus erat. Reservavit tamen eum fortuna diutius
quam exspectabat. Ad 15 enim annum pervenit cum Valeriano patre quorum 7 ipse
vero solus 8 annos regnavit, sub utroque sub eis in imperio 30 imperatores
sunt in diversis locis a militibus electi et omnes interfecti ab eorum
his suis.

Claudius Flavius imperator e Dalmatis genus trahens vir
morum gravitate insignis, vitae fuit integerrimae, procerae staturae et
ex nobili familia ortus adeo moderatus in cibo et potu ut omnibus
esset admirationem. Gestis quoque suis in Republica et eius stirpem ad imperium
senatus Principesque eligerent. Hic Daciam recuperavit, barbaros
vicit et fudit, praesertim Scythas et Gothos infestum in res Romanas
facientes. Post haec in morbum incidens interiit cum duobus tantum regnas-
set annis.

Aurelianus in Pannonia obscura familia natus vir in pueri-
tia omnis otii et inertiae impatiens nullum praeter abiens diem in quo non
pilo et sagittis se exercuerit, in cultu et victu fuit procerus statura, vi-
ribus validissimus, vini cibique paulo cupidior, libidinis rarae, gladii agi-
tandi studiosus, severitatis immensae, disciplinae singularis, crimen per-
tis (?) armatus attrivit, expulitque Gothos, tandem mortuo Claudio
Imperator factus. Inter Heracleam et Bizantium a Servo suo inter-
emptus est quod Princeps esset severus, truculentus, sanguinarius
et imperator magis necessarius quam bonus. Regnaverat autem
fere 6 annis.

Annius Tacitus occiso Aureliano vir egregius et Rei-
publicae commodus a Senatu eligi Imperator fuerat autem interregnum 6 to-
tis mensibus cum enim exercitus nullum haberet Principem quem Aure-
liano conferri posset, retulit electionem ad Senatum, Senatus vero eam
reiecit in exercitum, quod sciret milites aegre non accepturos quem
Senatus elegisset. Relictus est autem diu et multum Tacitus quod
iam aetate esset propemodum decrepita et corpore valetudinario
suscepto autem imperio vitae fuit parcissimae et validior in se-
nectute adeo ut etiam sensu minutulas litteras cum stupore lege-
ret. Nunquam noctem intermisit quin aliquid vel scriberet vel legeret.
Ob brevitatem autem temporis nihil praeclarum gessit. Interiit enim 6
mense. Tunc Annius Florianus Taciti frater vir imperandi cupidus
nec sine senatus auctoritate quasi hereditarium arripuit imperium
sed vix duobus mensibus in eo laetatus. Tarsi a militibus est occisus.

Probus Ex Pannonia oriundus qui Volscorum esset patrimo-
nio moderatis virtutibus sese clariorem effecit, multaque ultra
Danubium fortiter et strenue gessit. Carthaginem a rebellione vin-
dicavit et multa praeclara gessit. Quapropter cum omnibus militibus

admirari cepit Aurelianus et ab eis in Imperatorem. Post multa autem bella feliciter gesta tandem bellum Persicum parans in Illyrico e omnibus suis a militibus est interemptus, quod nunquam militem otiosum pateretur dicens, Annonam gratuitam non debere militem comedere et quod iactabat brevi milites fore necessarios cum iam totum pene mundum Romanis subiecisset orbemque pacasset. Interemptus est autem An. imperii 6.

Carus Narbonae natus et Romae literis educatus per militares gradus venit usque ad Imperatoriam dignitatem et bellum Persicum quod Probus paraverat cum omni belli apparatu aggressus est. Et nisi fulmine ictus occidisset regnum Persicum subvertisset. Mortuo itaque Caro traditae sunt rerum habenae filio eius Numeriano. At socer eius Arrius Aper cupiens invadere imperium generum nihil tale timentem occidit. At paulo post Diocletianus quem exercitus Imperatorem fecit manu sua confudit Aprum vindicans necem Numeriani. Sed Carinus frater Numeriani volens invadere Diocletianum ab eo in Dalmatia occisus est homo impudentissimus et omni libidinum genere deturpatus quem et pater ob eius nimiam libidinem saepe cogitavit e medio tollere nisi abrogare imperium et caesaris nomen.

Diocletianus Dalmata natus ex parentibus obscuris victo Carino Augustus est appellatus et a Senatu magno honore receptus. Cum autem in diversis mundi partibus insignes extiterunt tumultus, pluresque undique surrexerint tyranni, in Gallia, Britania Aegypto ac Italia. Diocletianus prudenter animadvertit consorte imperii opus esse, quo et imperium firmaret et pacem ubique redderet. Inde Maximianum Herculeum legit quocum imperium habens aequo iure mira concordia gubernavit. Obtemperavit enim Maximianus Diocletiano tanquam filius patri aut minor maiori nec unquam eius restitit voluntati. Cum autem Diocletianus in oriente plurimas nactus esset victorias Maximus et a Senatu decretus triumphus. Anno nondum coeptus Divinos sibi comparavit honores voluitque adorari et pedes osculandos omnibus ~~exposuit~~ adhibuit. Fuere quoque et gemmato curru triumphavit, splendidius multo quam caeterum quispiam. Senio confectus imperio se abdicavit Nicomediae. qua die et Maximianus Mediolani deposuit imperialem fascem imperaverunt iam annis 20. Et Diocletianus post depositum imperium mansit privatus Salonis rei rusticae indulgens An. 10. Fuit vir sagax admodum et rigoris acer in Christianos tamen valde impius et crudelis qui multa millia occidi iussit. Porro Maximianus fuit vir ferocis crudelitatis expers studii rigoris, libidinosus et

q. eque deposuit imperium Genuit autem Maxentium quem postea mi-
lites Pretoriani Imperatorem fecerunt, ad quem se ipse conferens spera-
bat resumere fastigium imperij Sed cum sibi non succederet, profectus
est ad generum Constantinum qui eius filiam Faustam habuit, cona-
batque insidijs illum imperio deturbare. Quod ubi Fausta filia aper-
uit referrent marito, patri se mariti praeferens, Gener itaque apud
Massiliam illum obsedit ac cepit vivum, ultimoque genere mortis
ille autem fractis laqueo cervicibus, occubuit, homo sanguinarius
et crudelissimus in Christianos.

Constantius post abdicatum a Diocletiano Imperium fa-
ctus est imperator in Gallijs Hispanijs, Italia et Africa. Galerius
autem obtinuit imperium in Illyrico, Graecia Asia et Oriente. Habuit
autem Constantius uxorem Helenam obscuri generis foeminam
tum sanctam ex qua Constantinum Imperatorem genuit, Ha-
buit et Theodoram Maximiani privignam ex qua suscepit Constan-
tium patrem Iuliani ac Constantiam uxorem Licinij Imperatoris
Consumptusque morbo An. eius imperij 13. Hic Christianis iusto modo
favisse dicitur. Galerius cum eum Diocletianus generum fecerat
et Caesarem fecerat tradita ei filia Valeria, eximius fuit
bellator prosperique pugnavit in oriente. Pretoriani autem milites
interim fecerunt Imperatorem Maxentium qui tum necdum Caesar fuit
ut Tyrannus summa severitate gubernavit qui Severum Ravennae
captum occidit An. eius imperij 2. Tunc Galerius fecit im-
perij consortem Licinium ipse vero paulo post ob Severam
se vindictam ibidem ac in Christianos horrendam crudelitatem
in morbum incidit ac consumptis genitalibus defecit cum solus
regnasset An. 2. Cum Caesaribus autem et imperij consorte An. 26

Constantinus M. natus patre Constantio et matre
Helena a patre in Britannia agente creatus Caesar et successor
Pretoriani tum milites Romae Imperatorem fecerunt Maxentium
qui et mox cum summa severitate imperitavit in urbe plerosque
claros viros occidit. Interim autem Constantinus vocatus a Roma-
nis ad deturbandum Maxentium qui iam a matre ad Christi fi-
dem erat inductus venit in Italiam pugnam initurus cum Tyranno sed cum
ille confugerit in urbem iussit ante Tiburinum pontem fluvium
sterni navibus ad decipulam compositis et infrequentem hostem in-
disiunctis submergeretque sed ille prior ante exercitum suum fu-
giendo e portis prorupit urbis, immemorque fraudis a se factae
factum pontem cum pariter aggere in [illegible] mergit cum eque
[illegible] omnia postea est inventam [illegible] Tyrannus
ille An. imperij sui 6. Postea Constantinus Licinium Im-
peratorem persecutorem in Graecia apprehendit et interfecit. Impe-
ravit

rauit An. 16. Fuit et alius Caesar in oriente Maximianus, quem alii
Maximinum appellant, qui cum christianos summa truculentia in orien-
te desaeuijsset, deinde cum adversus Licinium regem nouus in oriente mo-
liretur, rupto foedere oppressus est postquam imperasset Annis 7.
Constantinus vero fecit Caesares filium Constantinum et nepotem
ex sorore Licinium juniorem, Licinij filium, ipse vero omnem
orbem gubernabat. ex ubique bellis victoriam reportabat et in
pace prosperam vsus est fortuna. Vnde statuit urbem sui no-
minis aedificare delectoque Byzantio et ducta vitae fossa urbi
in medio condidit et ipsam Constantinopolim denominauit Im-
perij sedemque constituit An. imperij sui 25 qui fuit Annus Domini
circiter 336. Fuit antiquum Bizantium quod a Pertinace et
Galieno pene euersum fuerat sed a Constantino summis munitionibus
et multis monimentis exornatum, in quo ex omni orbe in eius dedica-
tionem aduecta sunt, adeo ut D. Hieronymus scribat Constantinum
omnes pene urbes nudasse ut nouam Romam exornaret. Studuit
hic princeps bonis maxime artibus praecipue studijs literarum
Senex vero Soteropolim urbem petijt ut aquis calidis senile cor-
pus foueret et prius quam se ablueret medici pharmacum dederunt
sum in vero corrupti precio ab affinibus, venena miscuerunt ille
incipiens potionem ebibit et paulo post incidit in morbum
quo et tandem extinctus est

## Constantius Constans et Constantinus fratres et filij

Constantini M. ex testamento imperium susceperunt atque inter se par-
titi sunt. Constantino obvenerunt Gallia Hispania Britania Hiber-
nia et quidquid terrarum est vltra alpes. Constans vero tenebat Ita-
liam, Africam, Illyricum, Dalmatiam, Macedoniam et Achaiam.
Constantio autem cedebat Thracia et quidquid a freto propontidis Asiam
versus in orientem protenditur. Constantinus vero hac diuisione
non contentus bellum civile mouet contra Constantem, sed
victus apud Aquileiam confossus est An. aetatis 25. quum vero
dum triennio imperasset in Gallijs. Tunc Constans potitus re-
rum in Gallijs sed post aliquot annos et ipse caesus factione
Magnentij An. 13 Imperij. Magnentio relicto imperium. Fuit autem
Magnentius obscuris ortus parentibus vir legendi studio promptus
sermone acer animi tumidi et artifex ad occultandam auda-
ciam, praeis formidinis. Constantius audita caede fratris venit
ex oriente et nanus confert cum Magnentio victor maxime cae-
sique fuerunt in eo bello supra 54 millia pugnatorum. Euasit
tamen Magnentius et venit in Italiam Hispaniamque denuo

[illegible]

exercitu tentavit eventum sed victus fugit ingeduneque plagis ipse mortem consciuit anno sue imperii 42. Habuit tunc Constantius in oriente consortem imperii Gallum nomine, qui ad sceleratissimis vixerat 4 imperii sui anno interemptus est, Sicque rerum solus Constantius potitus est. Post haec Mediolani Julianum patruelem Galli fratrem Galliis praefecit, Caesarem fecit, adoptavitque et sororem Helenam uxorem dedit. Mortuus tandem febri ardore Anno Imperii 38.

77

Julianus filius Constantii Constantini Magni fratris bonae indolis puer ab initio apparuit et institutus in christiana ipso caepit inde fidei esse desertor, qui et contra christianos edidit librum quem tamen argutissime Cyrillus Episcopus Alexandrinus confutavit. Galliis fuit primum praepositus unde et in campis Argentoratensibus in paucis militibus infinitas hostium copias delevit. Cum itaque tam bene gestu in Galliis saepe hostes profligasset ultraque Rhenum coegisset, concordi assensu a militibus vocatus est Imperator et Augustus. Erant tunc domandi et profligandi Persae qui per 60 ferme annos saevissima caedium monumenta in oriente fecerant, Romanis exercitibus saepe repulsis atque deletis. Cum his ardebat Julianus congredi et in flore aetatis Parthicum nomen affectabat. Itaque cum ingenti apparatu venit Constantinopolim et hinc transmisso Bosphoro a Chalcedone Nicomediam processit, quae tam terrae motu corruerat, Inde Antiochiam profectus hyemavit ibi. Sequenti vere Hieropolim profectus in Mesopotamiam aciem movit atque hinc traiecto fluvio pugnam iniit cum Persis acceptoque lethali vulnere et manu cruore repleta cum Deo nostro blasphemaret, in altum sanguinem proiiciens dixit: Vicisti tandem Galilaee vicisti. Sic enim Christum vocare solebat cum Christi cultores impios Galilaeorum filios appellaret. Cumque paulatim sanguine exhaustus circa noctis fere medium spiritum defecerat proposuit aquam, epotaque frigida aqua vita solutus est cum imperasset solus annum unum, mens. ab eo autem quod Caesar fuit An. 7. Hic quanquam Christianorum nomen infestaret, sanguine tamen abstinuit. Christianos scholis prohibuit ne doctores artium liberalium essent unde materia deesset et paulatim ingenium fidei defendendae.

Jovinianus eligitur Imperator à militibus quum Julianus in exercitu Orientali interiisset hic paulo ante cum Julianus lege ab exercitu exegisset Christianus cingulum militiae deserere quam Imperatori obtemperare maluisset. Electus autem Romanum exercitum traiecit ultra Tigridem fluvium, ibique icto est foedus pacis ad annos 30 non sine calamitate Romani Imperij datis obsidibus nobilibus. Restituit deinde Jovinianus Sacerdotes et Episcopos praesertim Athanasium magnum qui pulsi sub Constantio et Juliano pulsi erant. Cumque venisset ad locum qui est inter Bithyniam et Galatiam nocte mortuus inventus est Cum imperasset mensibus 7. Per. aetatis 33.

Valentinianus ab exercitu Niceae in Bithinia est Imperator electus atque Valens frater collega imperij designatus. Valens itaque Constantinopolim concedens bella egit in oriente, Procopium devicit et occidit, postea fero Arianus factus Christianis orthodoxis multa incommoda intulit. Valentinianus vero Saxones Germaniae populos tumultuantes devicit sibi et Gratianum filium appellavit Augustum paulo post apoplexia tactus voce amissa sensu integer exspiravit per. aet. 55 imperij ad 11. Hic fuit erga Deum valde pius et a iustitia nunquam alienus. At Valens cum in fratre Arianis subscripsisset multa bella contra Gothos gessit tandem magna clade victus et in fuga contorta sagitta decidit ex equo acceptusque a suis tugurium circa Hadrianopolim intra quod paleorum strues erat cumulata, quod igne supposito in flammas solutum Imperatorem Valentem absumpsit. Periit autem Per. aetatis 50 imperij 15 per. Christi 378.

Gratianus filius Valentiniani Imperatoris à patre, hoc in quibus imperij est ornatus princeps religiosus erga Deum Judicius ac verecundus liberalis et comis in proximum fratemque Justinianum regni Valentinianum fratrem. Fuit Gratianus admodum iuvenis quum immensa hostium multitudo irrupit in Galliam cui obviam profectus fudit circa Argentoratum 30 millia Alemanorum. Deinde misit Theodosium magistrum militum cum

exercitu

exercitu con Gothos in Thracia et re bene gesta fecit illum
consortem imperij tradito sibi oriente cum Thracia imperio.
Gratianus vero dolo et insidijs Maximi cum annis regnasset
15 fere aetatis 29 interijt. Valentinianus iunior in
oriente ad Theodosium properans ab eo liberatus est ex
captus admonitusque ne spectaret Arriana perfidia. Theodo-
sius quoque ingentes copias ordinavit contra maximum ty-
rannum captumque apud Aquileiam sequitur et occidat. Valen-
tinianus vero ab Italia in Galliam profectus apud Viennae
negligentius moraretur fraude Arbogasti Franconum prae-
fecti noctu in cubiculo strangulatus est fere anno imperij 18.

Theodosius Imperator Traiano moribus et corpo-
re persimilis fuit tam cultu quam successu. Nam et animo ce-
lsusque fuit statura, par Caesaries, ingentes oculi eiusque co-
mis ac clemens. Vinolentiam tamen et triumphandi cupiditate
plus detestatus est Theodosius quam Traianus. Ipse imperium
Rom. quod negligentia tum principum et dissensione partium
dilaceratum erat rursum instauravit filiisque consortes impe-
rij fecit. Arcadium orienti et Honorium occidenti prae-
fecit. Ipse vero Mediolani consenuit. Ex senio in mor-
bum incidens defunctus est fere aetatis 60 imperij autem 17 Cor-
pus eius fuit Constantinopolim translatum ibique sepul-
tum et D. Ambrosius ~~fuit~~ habuit orationem funebrem post obi-
tum eius

Arcadius Orientis et Honorius Occidentis factus est
post mortem patris Imperator Erantque ambo filij iuvenes quo
imperium auxerunt et condisque plures orti sunt tyranni
et Duces mali. Alaricus scilicet in oriente Gildo in Africa
et post eum in eadem provincia Mascezel. Stilico in occi-
dente, per quos Gothi incitati diripuerunt Romam et ferro va-
stant Italiam, quod tamen Honorius homo secordis ingenij parum
curavit etiamsi Constantinum militiae magistrum cum exer-
citu miserit contra Vualam Gothorum Regem ad liberandas
Gallias, sed qui a Gothis circa Arelatum occidit. Mo-
ritur quoque Arcadius cum regnasset annis 13 superstite

filio Theodosio q. Regnum paternum postea administravit
Mater eius Eudoxia foemina arrogans et superba cuncta
suo arbitrio agebat Castigata aut. ob id a divo S. Joan. Chri
sostomo induxit maritum Arcadium ut eum S. exilium iudicaret
Qui ad deserta Armeniae delatus indignante populo quod
tantus vir sua causa exilio multaretur cum diem obiisset
haud praeterierunt tres menses ab eius obitu cum et Augusta
divina ultione morit. Tempore aut. partus, fetu in utero
mortuo in asperrimis doloribus et cruciatibus moritur d. Jpsi,
terum cum Honorius in consortem imperii accepit Constan,
tium cui et sororem desponsavit q magna indole sustulit
Tyrannos atq. domuit barbarorum impetus qui Galliam, Bri,
tanniam et Hispaniam infestabant. Sublato h. & Constantio
immatura morte septimo mense postq. Caesar appellatus est Non
longe post Honorius quoq. mortuus est cum regnasset Anni
31. nulla superstite prole.
Theodosius Orientis et Valentinianus occidentis Impe
ratores sub idem tempus Rom. rexerunt imperium, Theodosius
fuit filius Arcadii et Eudoxiae fecitq. Valentinianum
consobrinum suum Caesarem, vir Christianissimus longo imperii po
tentatu afflictus tandemq. febre solutus cum regnasset An. 48.
Jam cum Honorio patruo regnavit an. 21. et cum Valenti
niano genero 27. Valentiniano itaq. imperante plurimi ho
stes in occidente et Africa surrexerant quibus neq. vi
ribus neq. consilio undiq. obsisti poterat incumbentibus undiq.
barbaris. Genserico in Africa, Attila Hunnorum Rege in Euro
pa qui Rom. imperium cupiebat subvertere et Gallias occu
pare et Theodorico Gotthis in Gallia. Confossus est aut. Va
lentinianus consilio ut aiunt Maximi Cq. et statim arripuit
imperium ) postquam imperavit annis 30
Fuit hic Valentinianus ultimus Imperator Occidentis donec
Et a suis temporibus Carolus M. rursus Imperator est factus.
Duravit hac imperii divisio a Constantino Magno ad Valenti,
niani huius tertii tempora An. circiter 120. Ad an. Chri. 456 quo
orb.: Monarcha Constantinopoli regnans Orientis Im,
perium

peratur dicebat. Huic ad additum collegium Caesarum, qui Romae se-
bus praesidebat occidentis Imperatorem dicebant confusos
ordine multa gesta sunt praesertim post Valentiniani tempora
Multi enim constituti sunt Imperatores aliqui quod ab Im-
peratoribus Constantinopolitanis aliqui a Senatoribus Rom. et ali-
qui a militibus quos Imperator Constantinopolitanus habebat in
Italia Arcem et summus Dux belli nominatos designavit. Im-
peratores quorum etiam sua autoritate arripuerunt imperium
Quibus tamen omnibus suum institutum feliciter cessit quoniam nullus
stabile et diuturnum fuerit regnum sunt tamen cito interfe-
cti sunt aut expulsi aut sua sponte deposuerunt imperium
videntes rem Romanorum videlicet ire in praecipitium. Horum
autem nomina fuerunt Maiorianus. Severianus. Anthemius.
Orestes dux exercitus imperialis qui filium suum Au-
gustulum fecit Caesarem in Italia. Recte igitur fuit
Augustulus infelix minimo nomen sortitus sub quo Augustissimum
imperium in tantas fuit redactum angustias. Videntes enim
extraneae nationes Italiam pariter neglectam ab Imperatore Con-
stantinopolitano corpore moliri res novas et contra Rom. im-
perium insurgendo libertatem suam asserere. Exortae enim sunt belli-
cosissimae Vandalorum, Gothorum, Francorum, Longobardorum et
Herulorum gentes una cum multis aliis quae ubi propriis ex suis
Reges creaverunt contra occidentis Imperatores arma simpliciter
rebellarunt.

## Romanum Imperium invaditur a Tyrannis

Ubi Valentinianus Romae a suis occisus fuit surrexerunt multi
Tyranni Romam et imperium ipsum invadentes quorum primus
fuit Maximus cuius Romanos quidem Gensericus Vandalo-
rum Rex ex Africa evocatus trucidavit cum subsequenti sit
et alii multi qui ex imperio latrocinium fecerunt. Cum enim Aug-
ustulus imperio praeesset occidentis ponebat Odoacer, Ro-
rum Rex cum instructissimo exercitu et Germanorum populis
collecto in Italiam Cui ad Ticinum Orestes Augustuli pater
occurrens memorabili pugna victus occisus est. Qua-
re Augustulus purpura et imperiali dignitate post se cito abie-
cta Romam fugiens discedit Odoacer autem victor
intrat et totam Italiam occupat, mutatoque nomine eam a se Odo-
acriam nominavit. Sic quidem Rom. imperium in vincentium subla-
tum et oppressum defecit circa An. chri. 471. Odoacer autem
in urbe Roma sui Regni sedem constituens in eadem annos 14 regna-

 vit

nit idest tanta cum Gothis rerum summa ut nullis Zenonis
Imperatoris Constantinopol. vel consiliis vel armis ejici potu-
it. Occupata itaque ab Odoacro tota Italia misit Impe-
rator Constantinopol. Theodoricum Regem qui ex Gothis fuit cum
grandi exercitu tradiditque ei Italiam ut esset Rex in ea id
tamen difficulter obtinere potuit. Multo enim labore Odoacrum
qui ex Herulis erat tandem interfecit et Italiam sibi subiecit. Fa-
ctus et proinde ipse Theodoricus Arianus afflixitque multum Ca-
tholicos. Successerunt ei in Regno Theodatus Vitiges
et Ildouadus qui omnes Gothi erant. Deinde ipsi ele-
gerunt Totilam Regem. Interea autem temporis et Longo-
bardi irruunt in Italiam a quorum ingressu obsessa fuit Roma. Ju-
stinianus. Atque eundem Imperator Constantinopolitanus misit
in Italiam legatum Longinum rege qui Ravennae commorans
continuit Imperatoris Civitates quas adhuc in Italia habuit in officio
Nec vero erat tum ullus exercitus in Italia qui hostilibus irruptionibus re-
sisteret sed quaelibet civitas pro virili sua defendebat se contra hosti-
um impetus. Atque quamquam ipse Justiniani Imper. novus fuit per Lon-
ginum institutus Magistratus quem Exarchatum Ravennatensem
dixerunt. Nam Exarchus seu Vicarius Imper. Constantino-
politani Ravennae versabatur nec Roma quod illa barbarorum ir-
ruptionibus misere vastata et direpta in esset. Id autem factum est
fin. Christi 570. Duravit haec Italiae administratio An. 75 usque
ad annum Christi 756 Et fuerunt interim 14 Exarchi.

Longobardi occupant Italiam

Longobardi ut qui se iam in Italia confirmaverint Ravennam obsident
et capiunt totamque Italiam sibi subiugant. Luitprandum Longobardi
Regem Italiae pronunciant. Videns hoc Stephanus Papa ad Pipi-
num Regem Francorum confugit ab eo suppliciter petens ut Ecclesiae Ro-
manae laboranti suppetias ferat. Pipinus subito collecta valida
manu Alpes superat; Longobardos prosternit. Regem illorum
Aistulphum Papiae inclusum armis exturbat. Ravennam et aliasque Ita-
liae civitates expugnat et Sedi Romanae applicat. Ultimus
in Italia Longobardorum Rex Desiderius quem Carolus Pipini
filius ab Adriano Pontifice invitatus ad ipsius interventionem delevit
Et sic Longobardorum Regnum quod annis plus 200 in Italia
obtinuerant in universum deletum est An. Christi 776 Carolus
Magnus Imperator Occidentis a Leone 3 Pontifice An. Christi 801
declaratus et approbatus. In hunc itaque modum Rom. imperium
fuit instauratum quod iam 330 fere annis apud Graecos fuer-
at conservatumque in Italia.

# Imperatores Constantinopolitani seu Graeci qui post translatum imperium Romanum in oriente sunt potiti  29

1 Constatinus magnus qui Byzantium collapsum instauravit atque inveteratum innovavit
2 Constantius filius Constantini magni.
3 Iovinianus Constantini magni ex fratre nepos
4 Julianus ab exercitu orientali electus
5 Valentinianus cuius collega frater eius Valens
6 Gratianus filius Valentiniani
7 Theodosius maior
8 Arcadius filius ~~Honorii~~
9 Theodosius junior filius Arcadii. Horum omnium Imperatorum supra in consulibus Romanis facta est mentio uberior.
10 Martianus per Pulcheriam sororem Theodosii factus est Imperator. Hic imminutum Orientis imperium prudentia ac consilio sic reparavit ut brevi magna cunctis exultatio et spes oriretur dilatandi Imperii. Senex omnino aequissimi sensus atque in plebem suam benignus et mansuetus. Arma nunquam nisi provocatus movit, quietis amator. Solebat etiam dicere, Dum in pace liceret vivere, non debere Principem sumere arma. An. 6 imperii nat. vel concessit
11. Leo tenuit Orientale imperium An. 16 vir in quo multae fulserunt virtutes sed cum maxime erga bonos calamitosos miseratio.
12. Zeno homo humilibus natus parentibus vultu et nomine deformis et ingenio Tyrannico augustalem nactus est dignitatem. Hic Theodoricum Regem Ostrogothorum quem plurimum amabat Regem fecit suasitque Italiam commendans ei urbem Romam Senatum populumque Romanum. Theodoricus ergo cum exercitu Italiam petiit et occurrentem Odoacrem praelio vicit et a Romanis ingenti laetitia est exceptus, Etsi a sanguine quorundam Senatorum abstinuisset nemo fuisset illo acceptior. Tenuit autem Principatum An. 30. At Zeno in Graecia praefuit imperio An. 17. Scribunt eum in stuprorum ac impudicitia atque corruptos mores prolapsum esse etiam omnibus odio esse coepisse. Nam ebrietati adeo deditum fuisse aiunt ut plerumque mente penitus alienaretur, temulentusque nihil a mortuo differret. Cum atque se multo

mon onerasset quadam vice et moribundus iaceret, Ariadne vxor alioqui satis illi inuisa veluti mortuum iussit sepulchro quo Reges reponebantur inferri addito ingenti lapide quo id tegeret. Postea quam vero ille respirit et obiectum est resoluta, magnos edidit eiulatus et clamores frustra, nullo open ferente; sic enim Ariadne ordinauerat, ne quis sepulchrum aperiret aut propius accederet. Digno itaque supplicio mortuus est quibus dignus erat.

13 *Anastasius* Ex humili sorte ingenio Ariadnes Augustae imperium adeptus est quam et vxorem duxit. Lapsus vero in haereses Orthodoxis multas intulit miserias, maculauitque imperij decus illarum Eutychianae haereseos quapropter et tandem Diuinam vltionem commeruit Nam fulmine ictus interijt.

14. *Justinus* Thrax et ignobilis ex vtroque parente, primum custos porcorum, deinde miles et ex milite factus Princeps ordinis in exercitu ~~tandem~~ tandemque Imperator electus vir Orthodoxus qui publico edicto promulgauit Calcedonensis Concilium venerari in quo 630 patres fuerant receptique Orthodoxos Episcopos ab Anastasio eiectos. Hic cum 9 annis imperasset volens senectuti suae consulere sororis suae filium Justinianum adoptauit ac successorem imperij reliquit.

15 *Justinianus* nepos Justini ex sorore vir egregius a Justino adoptatus ac vnice dilectus Anno aetatis 44. suscepit ab auunculo imperium adiecitque animum vt illud repararet. Hic inprimis pacauit Orientem. Deinde eripuit Africam de manibus Vandalorum Huius principis imperij An. 9. capit Gothicum bellum durauitque vsque ad annum 18 sui imperij. Hic cum Italiam recuperasset Africam et Persiam subegisset domi forisque gloriosus fuit confusas leges in Epitomen redegit superuacanea et inutilia resecauit quarum plus incondita et sparsa ciuitas illa pari opulentia obruerat magis studia quam iuuarat. In 50 Digestorum libros singula contraxit et 4 Instit. libris composuit ac Codicem insuper tanquam coronidem adiecit. Indoctus tamen ipse fuit ideoque facile illi quorum opera vsus est sibi imponere potuerunt suggerentes tot contrarias leges quas postea nunquam concordare possunt. Vir alias fuit iustus et integer in constituendis rebus ingeniosus atque haereseum maximus hostis. Fuit ad vindictam sumendam praeceps, in pecunia effundenda immodicus et ad

Eccle.

congressu[illegible] intemperantissimus vade et modis parum honestis sibi pecuniam quasi corradabat milliusque avaritiae suae erat modus. Tandem ad morbo ex senio affectus Justinum ex filia nepotem consortem imperij fecit Mortuus cum regnasset An. 39.

16 **Justinus** Minor Nepos ex filia Justiniani Natura ad omnia dexter, ab initio liberalis sed postea tantus divitiarum avaritia et senatores spoliaret et in omnes passim divites [illegible] quadam desaeviret. Decidit etiam in Pelagianam Haeresim tandemque amissa omni amore factus est odiosus militibus praesertim cum Persae ad devastandas Romanas terras cum magnis copijs irruissent et cum ingenti praeda inoffensi abijssent. Tantam inde concepit tristitiam ut in mentis excessum inciderit ac phrenesi correptus 13 Imperij anno diem extremum clauserit. Quum autem morbus cum gravis premeret Tiberium Regem declaravit mandatque ut pietatem, [illegible] colerit, amicos ab iniurijs vindicaret et ne nimium [illegible] imperatoria insolesceret.

17 **Tiberius** ascitus est a Justino ad imperium, vir justus, sapiens strenuus et utilis Reipub. et qui sua liberalitate omnium demeruit favorem. [illegible] quoque magna assecutus est contra Persas victoriam et adductos Constantinopolim captivos omnes Persas magnificentissime astiuit Imperator acin patriam remisit Quos praeter spem redijsse populares admirati magnis laudibus Rom. Principis commendabant Cumque liberis post alterum Persicum bellum in gravem morbum incideret Mauritium generum filium adoptavit, imperiumque administrandum dedit. Praefuit Imperio An. 7. Princeps justus et largus et cunctis amabilis.

18 **Mauritius** Cappadox Gener Tiberij, primum humilis notarius, deinde comes et ex comite Caesar atque Augustus factus Princeps multisque victorijs illustris praesertim contra Persas. Tandem tamen cunctis invisus factus militibus ob immensam avaritiam et ob denegata militibus stipendia. Ob id in eius caput facta est conspiratio a militibus et Phocas designatus est futurus Imperator qui Mauritium et totam familiam eius interfici iussit. Fuit tunc Mauricius An. 63 Imperaveratque An. 20 Habuit uxorem Constantiam filiam Tyberij ex qua suscepit sex filios totidemque filias qui omnes cum Patre simul occisi sunt.

19. Phocas Praefectus scythicus postquam Mauricium Imperatorem occidit, à scelerato exercitu cui praeerat Imperator est electus, avaritiae mancipium. Desidia et ignavia huius Principis Persae Mesopotamiam et Assyriam occupaverunt, depopulatique sunt Jerosolymam et profanaverunt loca sacra. In Cappadociam et Galathiam incursiones fecerunt et ad Chalcedonem usque omnia sunt populati. Aegyptum Saraceni vastaverunt et ubique magna facta est hominum strages. Unde necesse fuit ut aut nomen Imperij deleretur aut Phocas occumberet quod et factum est, obtruncatus est à Praetorianis militibus cum annos imperasset 8. Traditur est à quibusdam cum non cito occisum sed primo manibus et pedibus, postea ob insignem eius libidinem et quia multorum uxores corruperat, genitalibus ac novissime capite amputatis, corpus truncum combustum fuisse. Scelestissimus tyrannus cum suis fratribus ac necessarijs nonnullis vitae exitum habuit.

20. Heraclius filius Heracliani post interfectum Phocam adeptus est imperium et cum pater eius Dux Africae cum ingenti exercitu ex Africa in Aegyptum et Asiam proficisceretur, moreretque in itinere, Persae metu eius liberati Africam invadunt atque sibi subijciunt. Nec Cosroas Rex Persarum ad ullas conditiones pacis inclinari potuit nisi abnegata Christiana Religione. Interim vero tyrannus diripit Galatiam et totam Judaeam interficitque passim omnes christianos, quorum numerus fertur ascendisse ad numerum 90 millium. Imperator cum nec copias in militibus pares haberet nec pecuniam haberet aurum et argentum ex sacris aedibus recepit atque hostem in suis finibus aggreditur multaque perimit millia et crucem dominicam ablatam recuperat. Recepta est quoque Africa et Aegyptus Arabia tamen recepta quam Mahumetes pseudopropheta sua labe execranda labefactavit. Et etiam pax firmata est inter Persas et Romani Imperij Tygris est facta sunt haec An. Salutis 624. Huic Mathematici praedixerant magnum illi et eius imperio imminere periculum à circumciso populo quod ille intelligens de Judaeis illos invitos Christiano nomini adiunxit, non advertens quod et Saraceni circumciduntur qui deficientes ab Heraclio occupaverunt Syriam. Damascum et Arabiam ubique Mahumeti parentes

logi

legem. Heraclius vero in senectute coepit fidem adhibere auspi-
ciis et praestigiis daemonum Arriana et fratris sui filiam duxit
uxorem contra legem quod idem [illegible] liceat. Sub illo Orientis
imperium spoliatum est Asia. Ipse vero testium foliculo suspensum
morbo decubuit Imperavit An. 31. Successit autem ei filius
Constantinus novus qui dolis novercae veneno sublatus e medio
annum imperans. 83

21 Constans filius Constantini novi seu Iunioris Imperator
a Senatu est electus. Fretusque in impietatem [illegible] intrinsecus mul-
tos rectae fidei homines qui opinioni suae de unica in Christo volunta-
te assentire nollent. Sub hoc Imperatore Saraceni amplioribus in-
cipientes viribus omnia loca Asiae minoris percurrunt Insulamque Rhodum
recuperant in qua celeberrimum Colossum destruxerunt. Constans
quoque Imperator maximo militum numero Italiam ingressus et ma-
gnam exercuit in ea saevitiam [illegible] iam anniis imperii sedem
alterum transferendi ad veterem Romam. Ingressus autem Romam quinque
dies in ea [illegible] insumpsit tandemque ad depraedandum rem
conversus est. quae relicta erant ornamentorum spectem diversum spatio urbis
alteratique quam barbari 258 annorum intervallo Dict. Urbe
sic spoliata transiit Siciliam ubi dum mollitiei et libidini
se versat a ministris suis interficitur. Cum regnasset An. 27.

22 Constantinus Constantis filius barbatus Constan-
tinus vulgo dictus successit patri in imperio gessitque plurima proelia
cum Saracenis irruentibus in Siciliam, Graeciam et Thraciam.
Cum Bulgaris in Pannonia inferioris finibus infeliciter conflixit.
Dehinc morbo correptus cum annis 17 imperasset obiit tradito
prius imperio filio Justiniano juniori, fratribus suis Heraclio
et Tyberio dudum occisis ne ad imperium quoque aspirarent.

23 Justinianus minor filius Constantini 4ti, 16 annos
natus imperium est adeptus, Infeliciter cum Saracenis et Arabibus
pugnavit; Byzantinos Arcos tot incommodis afficit ut nemo non
eum summo prosequeretur odio. Conspiratione ergo contra eum facta ex
aula deturbatus est cum iam Annis 10 regnasset, amputatisque na-
ribus Chersonem est relegatus. atque Leontius Imperator
denunciatus; sed cum milites Africani alium delegissent Impe-
ratorem venit ille cum magno exercitu Byzantium et Leon-
tium captum truncis naribus in vincula conicit cum iam trien-
nio regnasset. Justinianus vero interim auxilio fretus rursus ass-
ecutus imperium est et duos Imperatores Tiberium et Leontium
per annum vinctos adductos per forum et theatrum simul vinctos [illegible]
equis atque ad eius pedes detractos cum conviciis proiectos

calcasset spectante populo interfici iussit ipse ad nimium dolori
suo indulgens quoties tranoy emungebat haras consperso ali-
quo in Leontij Tiberij pellibus reorbato respiciebat
illum ad supplicium. Cumque flagitiosior indies fieret am-
putatum est illi quoque caput. Imperavit autem post exi-
lium suum An. 6.

74. Philippicus Bardanes dux belli Justiniani cum fi-
lio occidit eo mox imperio potitur. Hic edixit ut sancto-
rum statuae et imagines ex omnibus templis raderentur. Sed
paulo post regno pulsus et oculis privatus est. cum regnasset
Ann. unum et dimidium

75. Anastasius Arthemius vir affabilis, justus et
apertus orthodoxae fidei propugnator acerrimus succedit Phi-
lippico in imperio. Hic cum exercitum misisset contra Saracenos in-
scriptus milites in ipso itinere alium sibi creant Imperato-
rem Theodosium nomine Qui assequuntur imperium Anastasium ne
de imperio cogitare posset amplius presbyterum ordinari fecit,
postquam tenuerat imperium annis 3 Cum autem postea auxilio
Bulgarorum imperium rursus recipere contenderet, occisus est

76 Theodosius 3 vir facilis pius ac benignus
non poenitendum egisset imperium licet obscuro loco natus si diu-
tius illi per Leonem et alios Orientis praefectos imperare li-
cuisset. Hic Sanctorum imagines templis restituit. Potitus autem
imperio uno anno et a Leone Regia sella deiectus quem
exercitus Imp. dixit Theodosius vero monasticam vitam est am-
plexus nec ulla alia affectus est iniuria.

77. Leo patria Isaurus obscuris natus a Justiniano contra Ala-
nos quos veteres Albanos vocant et Abasgos missus aliquamdiu
ibi stetit et reversus Dux creatus est Orientis sed postea
Theodosium imperio privare adeptus est ipse imperium sub quo
multis cladibus Italia et caetera imperij loca sunt graviter
afflicta. Byzantium toto triennio fuit a Saracenis et Ara-
bibus obsessa sed maiora incommoda obsidentes sunt passi quam
obsessi ob frigus famem et pestem; Byzantium obsessum fame
quoque laboravit pestilentia adeo ut quidam 300000. hominum interiisse
scribant Soluta autem urbis obsidione Leo in Siciliam atque Ita-
liam profectus capit imagines et simulachra ex templis eij-
cere atque comburere An. 5. to. imperij sui Cum vero Gregori-
um Pontificem monuit et eum anathemate notaret et solita tri-
buta

buta vero ei sed Francis quibus adhaesit fuerunt. Caeterum
Leo cum 24 an. imperasset dysenteriae suam animam efflavit
relicto Constantino filio quem dudum Regni consortem effecerat.
27. Constantinus eius nominis 5tus filius Leonis Imperatoris,
paternos imitatus est mores nec superavit, maleficiis
et magicis deditus vanitatibus. Non christianus, non graecus, non he-
braeus erat sed omnis impietatis mancipium. Habuit insi-
diatorem Regni Artabasdum qui a populo et exercitu Rex
declaratus, imagines sanctorum restituit atque Constantinopolim
cum abiecto eo imperatorem praevenit. Constantinus vero ubi
hanc rem intellexit ex Chalcedone trajiciens urbem obsi-
dione cinxit atque expugnavit captumque Artabasdum oculis
privavit. Sub eo Italia afflicta est ab Aistulpho Longobar-
dorum Rege et pestilentia grassata est Bizantii more inaudito;
praeterea terrae motus adeo afflixit Palaestinam et Syriam ut
magna multitudo oppressa perierit. Desiit quoque sub eo Grae-
corum exarchatus esse in Italia et Romani Pontificis esse caepit
Nam Pipinus haec loca omnia Pontifici fidei promisit et po-
stea Carolus magnus eius filius qui Longobardorum Re-
gnum evertit Ecclesiae donavit. Hic Constantinus tandem Ele-
phantiaco morbo correptus mortuus est cum annos imperasset 35.
De Constantino vero M. non legitur apud receptos autores
28. LEO 4 filius prioris Constantini cum imperasset annis 5
interiit apostemate carbonculi in capite nato. Hic habitus est pro
[illegible] SS. Imagines revereri prohibuerat. Habuit uxorem Ire-
nem quae aliquamdiu imperium pro Constantino filio administravit.
29. Mortuo Leone Irene Augusta imperium suscepit ad-
ministrandum pro Constantino puero 10 tunc aetatis annum agente.
Plures tamen Nicephorum fratrem Leonis imperare cupiebant. Quam-
diu tamen Constantinus matris imperio obtemperavit recte omnia
domi forisque se habuere; At ubi ille pubertatis annos ingressus
est matrem haud ulterius passus administratione dejicit et [illegible]
citer imperium administrat. Cumque multi suffragia ferrent Nicepho-
ro Constantinus de hoc certior factus eum Nicephorum patruum
suum lingua et oculis privatum in carcerem conjicit. Mater vero
filii impietatem exosa simul dominandi libidine mota, duces
domus orat ut filium trucident. Illi quum insidias paratas
cepissent eum oculosque ei effodiunt eodem modo quo ille ante 5.
annos Nicephorum excaecaverat conjiciuntque eum in carcerem. Ille
vero luctu et maerore confectus paucis elapsis diebus expiravit

et mater à filio expulsa à ciuibus in pristinum locum restituta
tota Annisque 3 sola imperio praefuit. Caeterum appellit,
toris et muneribus cautior facta de his quae Romae acta erant deq.
Carolo salutato Caesare, misit ad Carolum illius amicitiam expetens
per legatos itaque agens de finibus imperii ac suum defensus ibi
connubium. Alii id à Carolo petitum malunt quo putabant quod
nuptiis posse imperium uniri ac in pristinum statum restitui. Sed et
haec res inuidiae fuit cum Regina nota perinde quasi per eas
nuptias imperium exteris prodere vellet. Unde Nicephorus
Imperator est pronunciatus et coronatus. Regina ab expulsa
quae in exilio reliquum vitae egit. Misit proinde Nicephorus su-
os apocrisarios ad Carolum Imperat. de foedere renouando
verum in has conditiones iret: ut ambo Augusti essent, fratresque
dicerentur, Orientis alter alter Occidentis. Item in Italia hinc
à Neapoli, illinc à Siponto quidquid ulterioris Italiae in mare pro-
currit cum suis regione insulis à Graeco Reliquum à Franco
Imperatore iura peteret. Inter duo imperia, modius finalis
cardo Venetiae utriusque imperii maiestatem pie conservarent,
Neutri se addicerent, propriis uterentur legibus, utriusque essent im-
perii amici et pace et bello utrisque consentirent. Caeterum Ni-
cephorus aduersus Persas bellum suscipiens valde infeliciter
et cum gravi suo damno pugnavit. Coactus sit dare ad singulos
annos 38 millia nummum aureorum. Tandem in praelio cum
Bulgaris commisso obtruncatus est cum multis aliis. Ereitque post
in vita sua Stauratium filium consortem imperii hominem rude,
sui forma et simplicis ingenii. Unde et paulo post matrem pa-
tris imperio deturbatus, tonsis capillis monasterio inclusus
postquam cum patre imperasset Annis 9.

20 Michael Europalates gener Nicephori vir inge-
nii liber et amator pacis et pius in christianam religionem sed in re-
bus bellicis socors et infelix. Habuit Ducem in Oriente nomine Le-
onem qui aspirans ad imperium excitavit seditionem in exercitu
factusque est à militibus Imper. et ingressus Regiam. Theophylactum
Michaelis filium abscissis prius genitalibus in exilium ire iussit
Michael quoque pater Monachus est factus postquam regnauerat
Ann. fere 2.

21 LEO Orientalis exercitus primum Dux ac deinde exclu-
so Michaele usurpavit Imperium factusque est Imperator Sancto-
rum imagines rursus exclusit cum idolatriae fomenta

sin

in administratione et rerum publicarum diligens fuit et strenuus. victor
de Bulgaris, extitit Thraciam ab his occupatam recepit
Porro cum eo imagines nollet restituere in ipso templo ab
imaginum cultoribus capite truncatus est et multis confossus
vulneribus postquam ann. 7 et dimidium fere imperasset. Uxor
eius in monasterium est trusa et filii execti virilibus in exilium missi

32 **Michael Thraulus** ex humili et sordido genere natus
et a pueritia corruptis moribus institutus totus impius factus Christi
religionem quantum potuit subvertere studuit. Contra hunc sur-
git Thomas quidam vir obscurus qui in Constantinum se appel-
lari iussit collectoque magno exercitu vicit et fugavit Micha-
elem traiecitque ex Abydo in Thraciam omnes fere Orientis re-
giones subiecit. Cumque Thomas tandem se Adrianopolim recepisset
Michael urbem obsidione cingit et traditum sibi Thomam truncat
manibus pedibusque multisque cruciatibus tandem iugulavit. Ipse
vero cum annis fere 9 crudelis imperasset correptus proflu-
33 vio ventris animam exhalavit. 85

**Theophilus** filius Michaelis Thrauli vir iustus erga
subditos Arianus autem imagines omnibus modis execratus est cul-
toresque earum graviter punivit. Erat autem per illa tempora Mona-
chus quidam Lazarus qui pingendo celeberrimus habebatur
quem acerbis verberibus caesum in carcerem detrusit et laminis
ferreis ac ignitis palmas exussit ob hoc solum quod imagines
sanctorum prohibitus aliorum pinxisset. Gessit plurima bella cum
Agarenis, novissime vero infeliciter pugnans in tantam animi venit
angustiam ut iam multos dies ab omni cibo abstineret, et sola
frigidissima aqua potu usus in dysenteriam incideret tandemque
efflaret animam. Cum annos imperasset 12. 85

34 **Michael** Theophili filius imperium cum matre Theodora
suscepit. Per hanc Imperatricem imagines divorum restitutae sunt
et omnes ab exilio revocati qui sub Theophilo pertinaciter
imaginum culturam defendere ausi sunt. Michael autem adolescen-
tiam ingressus coepit regni negotia tractare eodemque in mator-
rius astantibus senatoribus dixit En profero quae in thesauro sunt ar-
genti .. tria millia ponderis auri mille et nongenta centenaria

Michael itaq imperium cum solus obtineret hos omnes, et divitias cum nimis adulatoribus, avunculo statim obligavisset; Ebrius in lecto suo a conjuratoribus est confossus. Regnavit cum matre 14 annos et 11 dies

35 Basileus Homo obscuro genere in Juventia stom deditus fuit Regis. Adultus vero quum Michaelem una cum conjuratoribus in cubiculo occidisset in Regiam se conferens ab omnibus Imperator est approbatus. Hic plurima gessit bella cum Saracenis et plerumque victor evasit multos Judaeos ad fidem Christi convertit. Russos et Scythas in cognitionem Christi perduxit. Tandem progressus ad venationem Imp. cervo occurrit qui iram erectis cornibus praeseferebat torve Regem inspiciens; cui gladium magnum abstulerat in collum ar[...] trahebat sed cervi cornibus implicitus Rex Zona qua cingebatur altero eius cornu ramo adhaesit unde in altum erectus in cornibus fera Rex tum vitam finisset nisi quidam ense stricto Zonam abrupisset. Sine mora tum ictu a cervo intestina effregit quibus lapsis vitam cum morte commutavit cum iam regnasset An. 20.

36 Leo I filius Basilii Imper. plus et astronomus fuit in Republ. moderanda sollicitus et in custodienda urbe solers. Hic Imperator cum festo die sacris interesset quidam in caput eius baculum impegit quo nisi candelabrum obstitisset actum erat de vita Regis. Sanguinem tum eructavit et mente alienatus semimortuus iacuit. Aberat frater Alexander qui in multorum suspicionem venit se has patrasse insidias. Mortuus est aut Colica passione cum regnasset Ann. 25 fratri Alexandro imperium relinquens et curam filii.

37 Alexander frater Leonis Imperatoris moribus aut illi dissimilis totus deliciis fuit deditus venationibus potationibus et petulantiis indulgens; nihil Regium agens Regni curam in adulatores et scelerum suorum comites reiecit. Et quum numquam prandium nisi post balneum caperet, moderatissime ienticulata [...] pilae se voluit exercere corpus extendendo statim equum ascendit ac venam rupit, qua sanguis e naribus ac pudendis toto die effluxit et sic enormi fluxu extinctus est. Postquam regnasset an. uno et mensem.

38. Constantinus Leonis filius et Nepos Basilii adhuc puer sub tutoribus agens passus est magnam confusionem in imperio

prio paulo post paratae sunt insidiae Regi Constantino mater eius in monasterium trusa. Et Romanus quidam obscuro genere natus Regali diademate coronatus qui Constantinum Regem nodis omnibus dejicere curavit. Frustratus tamen spe sua à propriis filiis captus est et in monasterium trusus postquam aliquot annis regnaverat acide. inde filii eius qui se pro Regibus gerebant comprehensi à Constantino tonsi et Clerici facti in exilium missi sunt. post Constantinus Monarchiam est adeptus quod multis annis à Romano fuit suppressus. Regnavit cum patre Leone et Alexandro patruo et cum matre An. 13. et cum Romano qui ei Regnum arripuerat An. 26. solus 15.

39 ROMANUS junior filius Constantini Leonis, homo ignavus, vino, otio, ac luxui deditus, Imperius in matrem ac sorores, quas statim Regia ejicit ac coenobio relegavit, Quae ob eos quod Regio vestitu essent spoliatae in judicatae sese tradiderunt et meretricium quaestum amplexatae sunt Imperator vero cum corpus illecebris extenuasset morte obiit An. eius Imperii 15.

40 NICEPHORUS Phocas vir pius ac aequi observantissimus multa gessit bella contra Saracenos qui occupaverant quasdam terras Imperii sui; ob novas exactiones quibus subditos et civitates expilavit omnibus invisus Unde factum est ut cives in eius mortem iniuravent, ad quam rem Regina uxor eius quoque est cooperata. noctu intromittens sicarios qui ingressi in triclinium Regium Nicephorum sopore oppressum ac humi dormientem interfecerunt vixerat autem An. 57 et praefuerat imperio annis 6 et dimidio

41 Joannes Zimisces post occisum Nicephorum imperium est potitus, insignis antea militari laude Omnesque Nicephori decreto damnatos ad exilio à Nicephoro reduxit. Caedes è medio sustulit et damnatos ad exilio à Nicephoro reduxit. Tandem hausto lethali poculo sibi per Cubicularium fabricato paulatim tabescens morte obiit; cum Regnasset Annis 6 et dimidio

42 Post Zimiscem Basilius et Constantinus Romani Junioris filii ornati sunt insignibus Regiis. Fuit quidem Basilius avaritiae studiosissimus. Passus est tumultus in Regno Sclavorum et Phocae vices patiens utrique successit. Mortuus est autem Basilius An. aetatis suae. 72. Regnaveratque annos. 52.

43 Constantinus Basilii fr. in imperio succedit omnibus ignavus voluptatibus deditus, gulae et Veneri obnoxius, spectaculis in iocis ludis et theatris atque ad infamiam laxatus atque ineptissimus ad gerendum imperium. Mortuus est aetatis suae An. 70, imperii tertio.

44 Romanus Argyrus Gener Constantini Imperatoris ei succedit socero atque imperium; fuit vir bonus et liberalis sed propter tam deteriores mores carnifex pro Rege est habitus. Gessit multa bella cum Saracenos. Mortuus postquam imperavit an. 5 et dimidium.

45 Michael qui vivente Romano cum Regina commercium habuit, illico post mortem imperatoris a Regina Imperator institutus, quae voluit ministro [illegible] uti, sed non diu haec duravit observantia; praefuit imperio an. 7 anno Christi [illegible] mortuus.

46 Michael Calaphates indignissimus et ignobilissimus usurpat imperium consiliis dolosis, linguae inconstans, animo vacillans et ad quamlibet auram mobilis; Conspiratione in eum facta oculis privatus et in exilium missus postquam imperavit 4 mensibus.

47 Michael cui senex qui regnavit An. 1. ab Isaacio Comneno impudenter a Regno deiectus nec post hoc diu superstes in vita mansit.

48. Ioannes Comnenus cooperante Patriarcha factus est imperator qui tamen postea regnum ipse cum [illegible] misit in exilium; fuit vir strenuus in negotiis celer et expeditus. Periit in venatione cum regnasset Annis duobus.

49 Constantinus Ducas vir in deum pius egenis mitis et aequi observantissimus, Mortuus autem cum praefuisset imperio An. 7.

50 Eudoxia uxor Constantini et tres liberi eius succedunt in imperio. Postea Diogenem Romanum virum fortem et strenuum accepit maritum eique tradidit imperii potestatem. In praelio captus a Sultano adductus est voluit procumbere; miseratus ad Soltanus conditionem eius, sustulit eum procumbentem e terra amplexusque est. Et ne doleas inquit Imperator haec cum humana sint Ego te non ut mancipium sed ut Imperatorem tractabo. Tandem factis pacis conditionibus, dimisit Diogenem quanto nemo unquam speravit honore; Inte

im

vim V.C. Principis eius imperium usurpant Diogenem in praelio
captum redeuntem oculis privant Mortuus paulo post Cum imperasset annis 3 mens. 8.

51 Michael filius Constantini Ducae Imperatoris succedit Diogeni vitrico in imperio. Homo ignavus ad regendum studiis literarum deditus; A Turcis circumquaque et Sultano vexatus; A Nicephoro exuitur imperio et in monasterium detruditur. Ann. 5 imperavit 21.

52 Nicephorus Botaniates in secundis principatus ministris imperium sibi asciuit. Michaele ejecto. Paulo post Alexius salutatur imperator ab exercitu clamque ascendit in urbem, diripit eam et multa perpetrat mala occupataque Regia Nicephorum cogit abire in Monasterium Ubi ille aliquandiu superstes manens brevi hominem exuit

53 Alexius Comnenus filius Isaacii Imperatoris diadema impositum accepit gessitque multa bella infeliciter. Fecit excudi nummismata aerea pro argenteis. Longo morbo vexatus obiit cum annos aetatis vixisset 70. cum imperasset annis 37.

54 Calojoannes filius Alexij Imperatoris successit patri in imperio vir opulentus et victoriosus Gallis et Venetis infestus fuit. Rexit autem hic Imperator Orientis imperium Ann. 25 mens. vitalique exitu finivit vitam Nam dum in venatione arcum vehementius intendit telo intoxicato a seipso quod in aprum dirigebat per manum sinistram traiecto cum nulla remedia opem ferre possent moritur, nato minori Manueli fratri superstiti relinquens. 22

55 Manuel Alexii filius ut quidam putant succedit Calojoanni gessitque bella multa con Venetos et illi vicissim con eum. Rogerius quoque Rex Siciliae omnis quoque imperii invasor, Constantinopolitani et Romani invitatus a Manuele profectus in Graeciam spoliavit Corinthum cum multis nobilibus ac castellis ymmo. Conradus quoque Imperator Latinorum sollicitatus a Manuele misit exercitum in Graeciam q. suppetias ferret Manueli At ille animo mutatus con missum exercitum faciens commentum detestabile, quoque ipsum contusum tritico immiscuit edendumque quo cibo brevi magna militum deperdita est multitudo. Simili modo fertur Ludovicum francorum Regem decepisse Unde Manuelis nomen Graecis odi-

osum

ipsum sp. accepit. In summa fuit vir ille in omni vitae suae cursu maliciosus tandemque post 38 principatus annos morbo periit.

56 Andronicus Comnenus successit Manueli in imperio, filio eius Alexio, sed quia puer erat, Andronicus consobrinus Manuelis administrabat imperium tanquam curator ac deinde utique regnandi voluit particeps esse imperii cum Alexio. Nec hoc contentus cum Alexius 15 esset natus annos clam interfecit eum saccoque inclusum in mare abjicit, crudelissime parricidio potitus imperio, sed cum ob saevitiam vitae esset omnibus invisus, Gulielmus Siciliae Rex Alexii mortem ulturus bellum Andronico intulit, cum atque premeret undique praelio victus ab Isaacio successore imperio deiectus ignominiose occiditur, altero enim oculo effosso, asino praepostere impositus, capite allio vel cepa praecincto loco diadematis, cauda manibus pro sceptro alligata per urbem circumvectus vulgi turbaeque tumultu lacer periit. Deinde la[illegible] pero suspensus verius a mulieribus frustulatim discerptus est. Praefuit autem iste biennio aut sicut alii quadriennio.

57 Isaacius Angelus vir iustus et eque sanctissimus e Peloponneso accersitus ad imperium prudenterque se sub initia gessit. Hic magnifice excepit Fridericum I. per Constantinopolim versus Syriam proficiscentem. Cum vero fratrem Alexium natu minorem a Turcis captum maximo aere redemisset dolo ab eo regno, fratris hoc circumventus est per quem summum scelus oculis privatus, paulo post mortuus.

58 Alexius Angelus frater minor Isaacii Imper. vir sceleratissimus per parricidium adeptus est imperium. Eadem impietate quaesivit perdere filium Isaacii nepotem suum nisi fuga salutem obtinuisset. Sed brevi a fratre per principum Germaniae imperio privatus.

59 Alexius junior fugato tyranno fratricida imperio est assertus sed paulo post a Marsupho quodam ignobili fraude innocenter necatus, tyrannus hic non multo post in Peloponneso captus, et Constantinopolim retractus mactatur. Urbs Francis Venetisque dedita cum omni exercitus multitudine est ab illis possessa atque [illegible] imperii deinde ad Francos translata est. Balduinus primus et Graecorum Imperator creatus.

60 Balduinus Comes Fland: electus imperator Constan-
tinopoli An. 1204 ab exercitu Flandrensi, ab exercitu Marchi-
onis Montis ferratensis et Allobrogum & ab exercitu Venetorum
Haec autem electio facta est hac conditione ut si Imper. ex
Francis evaserit Veneti darent Patriarcham ne [illegible] cond. gen-
tem utraque esset dignitas. Mortuus est Balduinus biennio acto com
imperij anno. Erant autem quarta pars captorum oppidorum Ve-
netis assignata quae insulas continebat Aegaei maris, Cretam, Euboeam
et alias minores
61 Henricus Flandrensis Comes frater Balduini Imper.
successor in imperio declaratur. paulo post intempestiva morte
interceptus obijt An. Imperij 11. relinquens Iolantam filiam Petro
Antissiodorensi nuptam haeredem.
62 Petrus Antissiodorensis comes gener Henrici factus
Imperator Consp. a Roma cum domum iter faceret per Macedoniam Theo-
dorus Lascaris qui se pro Imperatore Adrianopoli gerebat
in montium itineris insidias locat, captumque Petrum abducit et in
teterrimum conjicit carcerem tandemque obtruncavit.
63 Robertus filius Petri Antissiodorensis accersitus ex Gal-
lijs et veniens Constantinopolim Imperator salutatur. Hic virgi-
nem insignis formae graecam nobilem sibi despondit uxorem. Ro-
mam contendens pro diademate impetrando et inde rursum
rediens in Achaia morbo decessit. Balduino filio admodum
puero relicto
64 Balduinus IIus Roberti prioris filius ex alia uxore
accersitus a Joan. Bri-
designatus imperator. sed quia erat puer cum filia Martha desponsata Bal-
duinus Rex Jerosolymitanus admissum imperium cui gener post eius
obitum atque sic socero successerat quod et factum est; sed cum urbs a Michaele
Palaeologo capta esset Balduinus cum patriarcha rapta suppellectili
se ad Euripum se proripuit profugus navi in Euboeam et [illegible]
te; Graeci vero eo fugisse Imperatorem intelligunt pristinum im-
perij statum recuperarunt quem Franci annos ad circiter 60 posse-
derant.
65 Michael Palaeologus sub Theodoro imperium
Suorum nostris arripuit Nam testamento filijs Theodori tutor
datus interfecit eos, imperium [illegible] occupavit expulsis eiectisque

latinis ann. quibus a Venetis Francisque imperium occupatum fuit 58. Mansit autem imperium in familia eius ann. 194 donec in manus Turcarum venit.

66 Andronicus filius Michaelis Palaeologi statim Imperio succedit regnatque 15 annos. Senior

67 Andronicus Junior filius Michaelis fratris collega, deinde imperio qui avum suum Andronicum regno exclusit.

68 Joannes Caloiohannes dictus succedit in imperio patri Andronico juniori licet Joannes Cantacuzenus tutelari nomine regnum gubernaret aliquamdiu donec se illo abdicaret sequeretque monasticam vitam.

69 Manuel filius Joan. Palaeologi patri successit in imperio relictis post se 7 filiis maribus incolumes quorum primus Joannes statim in imperio successit, 2dus Andronicus Thessalonicam potentissimae Macedoniae urbem accepit in partem haereditatis. 3us Demetrius Peloponnesi regnum diu obtinuit. 4us Thomas Peloponnesi despotes et Manuel itaque Imperator moriens Joanni natu maximo imperium reliquit

70 Joannes filius Manuelis primogenitus post patris mortem imperium arripuit, qui cum admodum studiosus esset venit ad generale Concilium Florentinum ubi haeresis de processione Spiritus S. a Latinis et Graecis fuit damnata.

71 Constantinus 7mus Manuelis filius fratre Joanne sine liberis mortuo ab initio Rex Peloponnesi, Draconis cognomentum accepit ob ferociam qua in Turcas ferebatur ubi Amurathes Turcarum Tyrannus Hexamilium expugnavit murumque qui Graecos in Peloponneso tutos servarat deiecit adeo animo consternatus est ut omnis roboris sui immemor Turcis tributum daret cum antea Isthmum instaurandum curasset. Verum Ungaris et Polonis ad Varnam victis, praeda ab Amurathe mulctatus maiorem dimittere iussus est. Arcem postea donati [illegible] operis adorti nihilo meliore fortuna usi sunt. Tandem sub hoc Imperatore urbs Constantinopolitana fuit a Turcis expugnata alibi quarum.

# De Origine Othomanni Familiae successionibus eius a quo deinceps Turcarum Reges dicti Othomanni sunt dicti:

Othomannus qui primus in ea gente hoc nomen habu-
it ortus vico in Galathiae obscuro qui nunc est Othomancus di-
ctus est. Dum Christianorum imperatores saepius de imperio di-
micarent, Othomannus ea occasione usus, congregato exerci-
tu Bythyniam primum et omnes circa Pontum provincias de-
cem annorum spatio suae fecit ditionis. Cum autem hoc ani-
mos dignasset filio suo Orcham paternae virtutis a-
mulo imperium reliquit; A Castello Galatiae quod in Persia
Sapolentum versus sex dierum itinere distabat a se capto
sit dictus Othomannus licet alii id vicus natalis solum exti-
tisse scribant. Vixit hic tyrannus An. salutis 1300 Albert-
to I Imperante. Sunt qui scribunt eum 28 annis regnum potitum
quibus Bithyniam et oppida Euxino adiacentia usque Pon-
tum suo imperio adiecit, imperium Turcicum hinc aedificat.

# Orchanes Othomannus II.us Turcarum Rex

Orchanes Othomanni filius rei militaris disciplina longe
peritior copiis apparatuque instructior bellum paternum maxi-
ma accepto strenue est executus. Cum perditam et Bithy-
niam plus minus gentis suae imperium propagare coepit Naba-
liberalitate animi, facilitate morum dexteritateque quadam ge-
nii ingenti sibi undique multitudinem comparavit. Quo factum
est ut rem inchoatam a patre feliciter ipse industria studio et pru-
dentia commode prosequentes auxerit et longe proveheret
atque propagaverit. Nam mira felicitate domuit Mysiam Ly-
caoniam, Phrygiam, Cariam regnumque in Hellespontum usque et Euxi-
ni littora protendit fecit hoc Graecorum dissidio ut Otho-
mannica res cresceret et Prusiam Graecis ademit. Dissi-
dentibus autem his Catacuzeno magis quam Palaeologis favet pri-
mus ab eo in Europam accersitus traiecit Post 22 imperii
annum primus quam vivendi finem faceret filium post se reliquit
Amurathem qui late imperium paternum propagasset sed contra
Tartaros infeliciter pugnans cum multis copiis suae gentis

occubuit

## Amurathes Othomanus maior Turcarum Rex

Amurathes Orchanis filius patrem in imperio subsecutus, vir roboris animi, laborum tolerantia, disciplina rei militaris industria et ambitione maioribus suis haud inferior. Suo tempore duo fratres imperatores Constantinopolitani pertinaciter inter se dimicabant. Cum alter eorum se vinci videret, imprudenter Amurathem ad partes suas tuendas pretio, pacta scilicet Callipoli facile allectum ex Asia accersivit. Neque vero magni negotii ei fuit persuadere, qui sponte ad hoc iam dudum inhiaret, totoque incumberet pectore. Hoc pacto barbara gens in Thraciam ex Asia cum armis traiecit. Verum cum Amurathes non quod promiserat sed quod sibi conduceret animo volveret, consulto bellum procrastinare coepit, ut his facilius Graecorum viribus diuturnitate belli et discordiarum atrocitate utrinque consumptis ipse integer defessos adortus illos facile superaret. Ad quod tandem quoque fecit. Sic Turcorum copiis illectis, deinde classe in speciem hostes simulat usque Genuensium navibus Hellespontum ad Abydum superat. Occupata Callipoli, opportuno in Chersoneso, cetera Graeca oppida infestis armis petebat, agros vastabat, praedam agebat et oppida passim invadebat Anno Christi 1363. Nec iam amplius dissimulanter rem agebat, sed palam sibi et posteris suis parare Graecorum imperium et ad id occupandum animos cogitationes consilia opes ac nervos intendebat. Hinc effectum est ut facile et sine magno negotio magnam Thraciae partem ditioni suae subiceret. Mox et Mysiam adortus armis subegit; Servianos inde, Bosnios et Triballos domuit, Serviam Bulgariamque ingressus, quum Adrianopolim primus occupasset, occurrentes sibi cum paratissimis copiis hostes ingenti caede profligat. At postremo superiorem Mysiam ingressus confossus occubuit, cum annos imperasset 23, Christi anno defunctus, duos reliquit filios ad capessendam rerum administrationem idoneos, Solymannum scilicet et Baiazetem. Solymannus in Asia late imperabat quem Gothfrido

et

et alijs christianis ducibus Hierosolymam petentibus se opposuisse cre-
ditur. Hic cum Baiazeto ex Asia in Europam transgressus
hostiliter conflixit. Quo extincto totius regni summa ad Baiazetum,
tum e [illegible].

Baiazetes Othomannus 4tus Turcarum Rex

Baiazetus Amurathis filius et Solymanni frater post fratrem a se per
insidias occisum in imperio successit. Erat enim vir ingenio prae-
in rebus arduis capessendis audax, in administrandis solers,
in hostibus fallendis versutus et vafer. Turcicum adeo novelli
regni fines brevi spatio produxit, ut circa Thraciam ...
versatus [illegible] universam excepta Constantinopoli et Pera
bellis affligeret. Deinde in reliquam Graeciam magnus irruit
Thessaliam, Macedoniam, Phocidem et Atticam occupavit, Mysi-
os quoque qui hodie Servij, Illyricos, Triballos qui Bulgari
hodierno vocabulo dicuntur debellavit, Byzantium quoque ur-
bem Regiam adeo omni agro suburbanisque delitijs spoliavit et
Imperatorem egerit, ut relicta Italia Galliaque mendicare au-
xilia. Reliquis ad cives omni praesidio destitutis famem va-
lida urgente, desperata salute ad deditionem agere cepe-
runt. Comperissent Caeteri sex annos Constantinopolim obside-
rat. Sed Ungarorum Gallorumque adventum formidans, illis ad
Nicopolim occurrisset, memorabilique praelio nostros superasset
caesis multisque magna ex parte Gallis cum Duce Joanne Bur-
gundiae duce, Sigismundo autem Imperatore fuga elapso. Rever-
sus itaque Tyrannus ad Constantinopolitanam obsidionem [illegible]
Eam biennio durante obsessa occupasset nisi Tamerla-
nes Scytharum Rex eum in Asiam revocasset. Ubi in Galatiae et
Bithyniae confinio instructa acie collatis signis utrinque fortiter
dimicatum est. At Baiazetus impar viribus superatus vinctusque
captus in cavea catenis aureis vinctus ac circumductus
tandem dimissus caesis prius in bello ducentis Turcarum
millibus, in Asia ... obijt. Invadit hanc
cladem Turcis in annum 1397. Baiazetus itaque mortuus
reliquit Regnum 4 filijs quorum nomina sunt Calapinus, Mosses,
Mahometus et Mustapha.

## Calapinus 5. Turcarum Rex e Moyse Fratre sine multo in imperio succ.

Calapinus quem alij vocant (Venter) Alapinum, alij Cyris: Chelebeum filius fuit Baiazeti inter 4 fratres maximus natu paternum obtinuit regnum; sub eiusque quem Sigismundus Rex cum ingenti exercitu Danubium traiecit infeliciter pugnauit teste scribunt ad [illegible] sub Baiazeto ut supra quoque memorauimus, cetij referunt hanc pugnam ad Amurathem, Affuit et Gallorum numerosus exercitus et Joannes Dux Burgundiae qui etiam captus et Adrianopolim ductus multo auro libertatem redemit; Perunt tum Christianorum 20 millia; Turcarum 60 millia trucidata Et nisi Rex Sigismundo subsidio nauis suasisset actum fuisset de Regno Ungariae Profectus igitur naui per Danubium venit Constantinopolim, inde per Rhodum tum ad Dalmatiae et Croatiae regna mens. pene 18 ibi commoratus priusquam regnum intraret Caeterum Calapino post huius mortuo Orchanes filius successit, tenella etate adolescentulus, at breui post a Moyse patruo extincto et fidus et ipse haud multo post moriens fratri Mahometi regnum per manus tradidit.

## Mahometus hoc nomine primus: Rex Turcarum Rex.

Mahometus defunctis fratribus Regnum mereante adeptus. Valachis bellicosis nationibus bello attritis tributa grauia imposuit Ipse. Macedoniam bello domuit, promouitque Turcarum signa ad Ionium vsque pelagus; Mortuus est postquam imperauit Ann. 17. An. Chri. 1422 Constituitque Regiam sedem in Adrianopoli.

## Amurathes hoc nomine (2dus vulgo Moratbeg) Turcarum Imperator

Amurathes iste a multis scribitur fuisse filius Mahometi Cum Mustapha hostiliter conflixit vicitque et totum imperium est assecutus Infensus autem Graecis quod Mustapha opem tulissent prouinciis Graeciae adortus nobilissimas eius ciuitates accepit in fidem. Sigismundo Imperatori Georgius Despotes Seruiae scribebat se rex imperatoris amore fauorem loco pignoris fidelitatis Bolgra,

Du

dam arcem prope confluentes Danubij dono dedit Caesari, ut
si impetus Turcarum hic facile posset frangi quo agrum Ungaricum de-
populari conarentur. Concessit tum Amurathus in missiam nec ulla re
a Georgio despota potuit flecti ac suum foedus dirimet pinguem ab
eo implicans filiae accersit cum ingenti dote. Verum non diu pax illa stat,
simulque destitit quominus alterum adversus eum duceret exercitum. Geor-
gius furentem gentem non ferens quietam fugit cum tota familia in
Ungariam uno relicto filio Gregorio qui cum praesidio tueretur Smedero-
uiam regiam sed qui tandem magna inedia victus coactus se
dedere hosti. Sic Smederouia expugnata cum armatorum militibus Scopia
quoque et ... oppida post longam obsidionem
capta et despotae filii oculis ... privatis. Praeerat
tunc Ungariae Albertus Rom. Rex. sed qui et ipse in expeditione con-
tra Turcarum profluuio ventris laborans interijt. Et cum Vladislaus
Polonus in Ungariam vocatus venisset a despota rogatus est ut ex-
terni et patria eiecto ad pristinam fortunam recuperandam auxilio
esset quod promisit Rex. Interea Turca per occasionem intesti-
ni belli Ungaricum facile ab se occupari ratus oppugnare
adoritur Belgradum et machinis militaribus turrium instar è
ligno extructis ac cuniculis subterraneis effossis, prorsus in suam
ditionem trahere sibi persuadet. Sed verius praefectus Joannes
Aurane Matthiae Croaciae Bani frater quos Sigismundus ob com
bene gestam omnibus honoribus extulit suo validi praesidio inanes
reddit omnes eius conatus eruentes pulvere incendiario, pice
oleo ac sulphure repletos omnesque ministros milites cum iumentis
interficiens. Deinde videre et globo nervos ac tormentorum de-
iectos resarciens. Postremo cum incautius Turcae oppugnata ade-
rerent ab oppidanis ita sunt missilibus ac faculis obruti ut 7.
millia Turcarum in hac obsidione quae 7 etiam attigit menses fuerit de-
siderata. Ea clade perculsus Turca obsidionem solvit. Cum autem
Joan. Huniades iamque arma clarus conditionem haberet declaravit
eum Vladislaus Rex ducem Transylvaniae quem vaiuodam vocant
commisitque illi ea potissimum oppida quae Turcis obiecta erant. Itaque Ser-
uiam ingressus Turcas potenter expulit multos captivos abegit, arces
et vicos recuperavit. Deinde cum valido exercitu Turcas Transyl-
vaniam devastantes fregit, fugientes persecutus. Moldaviam ablatam
recuperavit captivos liberavit. Indignatus vero Amurathus mi-
sit Mezetem cum grandi exercitu in Transylvaniam iubens ut omnia
depopularetur obviosque quosque interficeret. Huniades vero hostem intre-
pidus aggreditur editaque utrimque maxima strages sed cum Huniades
ferventius instaret arripiunt hostes fugam subsequuntur Ungari et omnem
campi planitiem cadaveribus impleverunt. Postea Huniades

hac victoria suis coepit esse admirationi et hosti stupori. Quin
et nomen eius ~~adeo~~ terrificum fuit. Exacuerat interim Vladislai
Regis indies autoritas praesertim post mortem matris Ladislai, mis-
sus quoque ad eum Julianus Cardinalis qui suaderet expeditionem con-
tra Turcam. Monebat praeterea Despotus saepe Regem, sed et Huni-
ades literis instabat, quibus omnibus excitatus Rex tertio Regni sui
anno grandem conflavit exercitum venitque in Bulgariam, et cum De-
spotus medius inter Ungaros et Turcas nunc hos nunc illos fefellis-
set, erat Huniadi fides Georgii suspecta. Pugnavit sexies prim-
um collatis signis Huniades cum Turcis semper victor. De-
inde sexta pugna maxima fuit in qua aliquot millia Tur-
carum ceciderunt, 4 millia capta cum 9 signis militaribus ac 13
ducibus non magna christianorum iactura. In has itaque angustias
acti Turcos consultabat pacem petere. Quod tamen dissuadebat
Julianus Cardinalis Dux Burgundiae et Veneti dissuasit et Joan.
Palaeologus Imperator Graecorum. Vladislaus tamen audito Oratores
Turcos pacem in 10 annos concludit sic ut omnia dominii sui
ablata restituerent. Ea pax molestissima fuit Juliano qui prosperis
iam victoriis viderat. Et Eugenius Pontifex certior factus Regem
nullius valoris fidem quae sese inconsulto cum christianae Religionis
hostibus percussum esset rescripsit. Scripsit quoque Graecorum Imperator
Turcam dolo ac fraude fidem pepigisse. Motus igitur Vladislaus
his hortatoribus exercitum conscribit et traducit in Mysiam atque Bul-
gariam. Monet tamen Regem Dracula Princeps Valachiae ut iter
velit vertat praesagiens quod futurum erat. At ille monitionem
contemnens castra metata est circa Varnam Reg. civitatem locum
natura munitum. Amurathes cognito hostium adventu exercitum ex
Asiaticis militibus congregat ultra 200 millia. Perspicientium se in ca-
stris Christianorum dum innumeratum hostium numerum contemplantur
Ordinata utrinque acie fit pugnae initium. Acies christiana primum Turcas
in fugam vertit plurimis prostratis, Amurathes magno metu perculsus pro-
tinus recedere statuit sed cum longa Ducorum sessione, fortuna re-
stitutum Ladislai at alterum in quo imago Christi erat vidisse ac
... exclamasse vide gentem tuam perfidam quae a me non lacessita
contra jus jurandum fidem violavit. Renovata est pugna summa contentio-
ne nunc Turcis nunc Christianis cadentibus. Diu ancipiti marte
pugnatum tantumque sanguinis utrinque effusum est ut in modum lacus campi
stagnarent. Agriensis Episcopus per paludes fugiens in caeno submersus. Rex
vero ad Janizeros delatus cum equus eius in luto graviter sauci-
atus esset telis obrutus est An. regni sui 4 Salutis vero 1444 in
vigilia Martini. Caput eius post detruncatum ac infixum hastae pro-
pulsi

puli gloriantatiu. Huniades cum Regium corpus recuperare nequeat fuga
saluti quaesivit. Julianus Cardinalis equo fugiens dum cursu fatiga-
tus paulum reficit spoliatus semineaque in densio saltu animam exhalans
repertus est. Tertio conflictus iste triduum dierum et noctium spatio conti-
nuatus. Caeterum Huniades cum per Valachiam tenderet in Ungariam
captus a Dracula Vaivoda in carcerem coniectus sed mox cum
muneribus dimissus. Nec diu post gubernator Regni Ungariae communi con-
sensu creatus. Porro in clade Varnensi 30 millia christianorum
caesa a quibusdam referuntur et 40 Turcarum. Amurathes Tyrannus ro-
gatus cur post adeptam victoriam nulla signa laetitiae exhiberet
respondit. Nollem se similibus euentu vincere. Hinc Adrianopolim
concedens coepit otium bello praeferre et Mahometem ex liberis
suis maiorem praeficit imperio atque inde in Asiam reversus religioni
solitariae sese addicere cogitavit. Caeterum Huniades acceptam
Varnae cladem semper ante oculos gerens ut priorem aboleret ignomi-
niam ex Ungaria cui praeerat quantas potuit copias cogit et
Turcam inopinatum postulabat; sed Despotus Serviae patefecit
Ducibus Turcarum consilium Huniadis. Exterriti Turcae Amurathem
Religioni addictum revocant quod filius tantam belli molem ferre
negaret colligunt exercitum pergentque obviam hosti. Et deventum e-
rat utrinque exercitus in Cassovio Mysiae campo ubi atrociter infestis a-
nimis toto triduo est dimicatum primum victoria Ungaris cedente. tan-
dem vero succumbunt Ungari Duce aegre cum paucis servato. Porro
Huniades abiectis armis gravioribus incidit in manus duorum la-
tronum qui ipsum non cognoverunt sed tamen spoliatus dum de quodam
annulo inter se concertarent alterum ense stravit, alter fuga elapsus
evasit solus in sylvam cum equo delatus. Cumque Belgradum peteret
a Georgio Despoto Serviae captus sed filio in obsidem dato
dimissus. Liber tamen factus vastatione provinciae suae [illegible] non [?]
paena poena exacta est filium restituere. Quod cum Amurathes
audisset indignatus Despoto quod carcere hostem suum emisisset re-
gnum Serviae cuidam praefecto tradidit. Despotus an-
gustiis in se concitari bellum anxius se coepit accusare quod
gubernatorem Ungariae carcere laxasset in quo omnia alias sibi
essent reposita. Abiecta itaque verecundia supplex Huniadis genibus
advolutus tandem ab eo suppetias impetravit. Qui illico noctu
Rascianos attingens agros, mane Turcas aggressus in fugam vertit
ac profligavit capto Duce Mortuus [illegible] haud longe post Stam[?]

rathus et copiis rex delatus in Prusiam Bythiniae civitatem
quae ante captam Constantinopolim Othomanorum Regia fuit

## Mahometes 2dus. Octavus Turcarum Rex

Mahometes Amurathi filius patri in regnum succedit, Auspicatus
est regni initium parricidio, interficiens s. fratrem infantem. Cuius
facinoris atrocitate conspicata Moses orat ne fraterno sa-
nguine manus inquinet. Respondit ille veterem Othomanorum consuetu-
dinem esse ut caeteris interfectis unus semper relinquatur in re-
gno. Jubetque Moses in conspectu Tyranni trucidare infantem
Quo facto mater pueri Mahometis noverca infaniens prae
dolore et maerore Tyrannum multis cum singultibus increpat
diris devovet. At ille ut foeminam mitigaret adiecit, si
quod vellet audacter peteret. Mulier ut iam ardens ad vin-
dicandum innocui sanguinis nuncium facinoris ministrum ipsum
Mosem repetiit. Cui mox hunc Tyrannus vinctum dedendum
imperat. Eum offensa mulier ut accepit cultello prius mi-
seri hominis frustra opem Dei astantiumque implorantis ad cor usque trans-
figit nihilominus cunctanter latus dextrum aperit, iecur abscissum i-
nit datque canibus discerpendum. Habuit Amurathus et
alium filium quem latro rex instinctu Mahometis strangulavit
Susceptoque imperio rem domi forisque legibus ordina-
vit. Ad expugnandam Constantinopolim animum adiecit nec
quievit animo priusquam eam potiretur, quam tamen non expugnasset
si cives suos in terra absconditos thesauros in commune tuta-
mentum erogassent et Veneti suis classibus praesto fuissent. Re-
pletus animo post expugnatam urbem omnibus sceleribus omnia contempsit
Nullum Deum esse putavit, Prophetas omnes atque Patriarchas pro
nugis habuit; solum Alexandrum magnum potissimum sibi ob summ-
re ... scribitur admiratus cui se similem asserit.

An. Chri 1455. Expeditionem in Ungaros instituit atque cum ma-
ximis copiis Belgradum quam hodie Albam graecam vocant obse-
dit; Amurathus pater molestus qui 7 menses frustra in
obsidione huius arcis consumpsit, se 15 diebus arcem solo aequa-
re iactitabat. Sed cum christiani acriter praelium inierent atque si-
mul antesignani pugna dimicarent, nostri primores exercitus
duces occidunt Mahometem sagitta quae sub papilla laeva stin-
gebat, in pectore, in terram exanimem deijciunt. Quem mor-
tuum credentes Turcae nocte sequenti abducunt omnes in fugam
conversi victoriam christianis reliquerunt. A quibus fusi et fu-
gati relictis omnibus munitionibus machinis bellicis cuiuscumque ge-

neris

tormentorum instrumentis ac sarcinis militaribus ignominiosa ac turpi
fuga per noctem obscuram abierunt. Mahometes autem noctu ablatus
altera die ubi ex dolore animi ad se redijt intelligens,
tantam acceptam suorum cladem insperatamque stragem veneno
vitam voluit sibiipsi adimere, ne tanto cum dedecore in pa-
triam inglorius remearet vix a suis prohibitus. Neque postea de
illa clade aut dicere aut audire quidquam voluit, tunc [illegible]
[illegible] diem inter atros computavit. Multi putant si fugientes
palatisque hostes non fuissent acrius insectati a Christianis potuisse
[illegible] Othomanorum imperium deleri. Sequenti anno post cladem ipsam
Huniades morbo correptus cum [illegible] planctu Hungarorum die suo obijt
Porro Mahometus [illegible] impotentiusque [illegible] expugnant
[illegible] Peloponesum occupat quam possederant Thomas
et Demetrius Regis ultimi Christianorum Principes Palaeologi [illegible]
cum inter se dissiderent Demetrius ad [illegible] defecit; Thomam
Corinthos Peloponesso eiecit; Chalcidem urbem in Euboea in-
sula occupavit, ubi similiter suo discrimine in omnem sexum
et aetatem crudelis quoque [illegible] [illegible] ut quibus
omnes ad unum obtruncarentur [illegible] capitale [illegible] si quis su-
pra 20 annos quempiam natum celaret. Cumque hunc [illegible]
[illegible] coacti sunt Veneti pacem facere cum Turca
[illegible] pontica navigatio [illegible] negotiatoribus [illegible]
[illegible]. Subactis vero [illegible] post Constantinopolitanum excidium
spatio 28. annorum urbibus circumiacentibus terris et insulis [illegible]
[illegible] Tyrannus Rhodum liberam esse. Eam vero cum oppugnare
tentaret saepe clades affectus est multique de suis [illegible] terra
et mari trucidati. Conatus vero [illegible] expugnare insulam
nempe dolo et proditione subornatis et se transfugas fingerent
pacem simulat si aut vectigal aut munera Rhodij offerrent
Generositate animorum Rhodij milites utrumque rejiciunt foedus et mu-
nera contemnunt. Tyrannus vero [illegible] classem maxima cum 100
milibus militum mittit, iterum urbem aggreditur, occidunturque a parte
eius primo congressu 700 et multi vulneribus confodiuntur
[illegible] 2 millia postremo ceciderunt 9 millia cum [illegible] ur-
bem diruere molirentur. Duravit obsidio 90 fere dies. Altera
vero Mahometus confusus et cum ignominia denuo Rhodum
aggredi statuisset, insperato suffocatus morbo interijt Anno

nuncio tota Italia timore liberata An. ætatis 58 An. salutis 1481.

## Baiazetus huius nominis 2us Turcarum Rex

Baiazetus filius Mahometis post varia bella et fraternas cædes [novum] imperium est adeptus, cum fratre Zizimo imperij æmulo vario in Græcia ~~fugat~~ pugnat; hic Zizimus Rhodijs primum se se per litteras tum per Oratores commisit, ut insidias fratris et insidias evitaret; paulo post onerata navi Rhodum est delatus perbenigneque à magistro militum ex[ceptus] An. salutis 1482 fuit autem Zizimus tunc An. 28. Hic Zizimus literarum erat amantissimus Res genitoris magnifice gestas litteris mandavit. Baiazetus in terra fratrem cum imperij gubernacula teneret, audiens fratrem ad Rhodios confugisse pacem cum Rhodijs inire molitus tamen diu eos hortatus donec fœdus plus[...] fierent haud ignobile prius quam inauditum. Rogat etiam Magistrum Rhodi ut sibi minus fratris sub alijs spiis foveat [...] annuo sumptu pollicetur 45 millia nummorum aureorum quos in Augusto quotannis Rhodi exolvere bona fide promittit. Missus est autem Zizimus quo tutior esset in Gallias ad francorum Regem. Deinde est Romam perductus An. 1488 ad Innocentium 8. Matthias quoque Rex Ungariæ hunc in potestate peterat indubitatam sibi pollicens victoriam de Turcis si illum haberet. Sed vicit facundia Rom. Pontificis ut sibi traderet. Sub custodia in militum Rhodiorum est detentus paulo post veneno est mortuus. Interea vero Matthias Ungariæ Rex Bosnense regnum (quod hodie Romam vocant) e Turcorum manibus subtraxit. Sabatiam quoque arcem munitissimam ad littus Savi fluminis sitam strenue in fan[...] Turcorum eripuit. Baiazetus vero in Syriam profectus bellum inauspicatum gessit cum Sultano Ægypti. Haud longe post maxima clades à Christianis in Croatia est accepta cum 7 millia hominum fuerint eo prælio interfecta. Caeterum vero in omnium luxu resolutus

nulli

nullum insigne gessit bellum, natura etiam formidolosus. Hoc
praesagio, quod fuit Caruerum sublato nihil amplius timuit, Regnum
enim Poloniae ab eo vastatum et circiter 60 millia hom.
incredibili crudelitate abducta, ditio Venetum in Peloponneso
laesa, Veneti ad vicissim aliquas insulas occuparunt. Sed
paulo post inito foedere Neritus insula Turcis reddita et
Venetis negotiatoribus res ab initio belli ademptae restituta.
Et Veneti novus magistratus fuit Byzantii qui inter suos
habitos ius diceret. Cum itaque natura Baiazetes pacis quam
belli esset studiosior filiis intestinis seditionibus occupatus, a Ia-
nitzaris suis (in quibus omnis eius spes sita erat) imperio de-
turbatus, summa cum ingratitudine fili. Sel. vita ingressus
relegationem ob moerorem et animi cruciatum paulo post a me-
no a filio iuniore dato cum 31 annis imperio praefuis-
set mortuus.

## Zelimus Othomannus IX Turcarum Imperator

Selimus minor natu filius Baiazeti imperium e manibus patris
arte et dolo extorsit ac sibi usurpavit Tartaris enim vi-
cinis et impetrata filia Reguli cuiusdam Tartari in uxorem, in-
mensa tracti collecta multitudine Tartarorum, Adrianopolim
venit ira minacique plena Baiazetes imperator qui diu filium
amissum luxit audiens cum exercitu adesse obstupuit, missisque
nunciis quaerebat cur tam ingentem exercitum in patriam adu-
xisset suadebatque ut hunc dimitteret missa magna pecu-
niarum summa et pretiosis vestibus quibus stipendia militibus et do-
na posset dare honesta ne indignarent. Zelimus placatus
muneribus exercitum dimittit ad Tchrnas confugit et dolum
dominatus. Cum enim Baiazetes podagra morbo decumberet
Janitzari Imperatorem adeuntes dicunt in Asia senio confectus
es Imperator et infirmus oramus ut nobis successorem designes
virum ... tenuem qui Mahometi legem esse possit tueri. Impera-
tor his auditis nihil suspicatus mali se audivi maiorem natu qui ei
succederet designasse respondet Janitzari aut dolum suum ad aperientes
eligant ex se hunc qui maiorem natu filius qui tum erat in Natolia
adeuntes iterum ab eo postulant stipendia quod velit ab eis constitui
Imperator. Indignatus ille respondit: Latrones vos me Impe-
ratorem constituistis quem pater iam dudum designavit

Janizari autem confestim ad furorem conuersi, e comitijs Im-
peratorem designatum [illegible] tanquam ingenio inepto Aldo-
lam quo hic Janizari seditione Constantinopoli grauis mo-
uent. quum Baiazetus cum suis consiliarijs de Rege tractant
Palatiumque obsident clamant sibi dari Imperatorem q
hos tutari possit. Cum autem Baiazetus respondisset, Nega
Achmat filium meum maiorem natu habetis quem Impera-
torem vestrum designaui; Dixerunt illi Nolumus hunc regnare super
nos. pigrum est imbellis et crapula Non amat arma Zelymum cu-
pimus strenuum et bellicosum Eductisque ensibus nudis quos sub
vestibus occultabant impetuosis clamoribus Zelymum sibi dari
postulant: Baiazetus furori militum cogitans Zelimum se Va-
turum [illegible] pronunciat quem Janizari cum gaudio excipientes ad
palatium deducunt Imperator vocato ad se filio dixit Quid
[illegible] Fili opus erat hijs armis etque tali furore Ne siadeo pre-
cepi ac furibundus Moderate agas quidquid agas [illegible]
[illegible] multis expositum ponentis [illegible] [illegible] sua [illegible]
[illegible] iussit amorem loco cedens [illegible] quem filio soli-
mo conspicit. Tunc ingentes excitae sunt acclamationes Impe-
rator salutatus ab omnibus patre summa cum mestitia abeunte et
religiosorum quendam ingrediente; Zelymus itaque arrepto
imperio magna [illegible] gubernationem administrauit, multis
ex primatibus partim veneno partim vi sublatis; patri in
prandio venenum porrexit Quo degustato mox sensit veneni
tormenta Atque ideo abiens ultimum vale dixit, et egressus ur-
bem pluribus comitantibus et ululatu plateas replentibus medio
itinere a Diuo sumpto veneno occubuit; Restabant duo
fratres profligandi, quorum vnus habuit duos filios adoles-
centes quos ad fratrem misit ut orationibus elegantissi-
mis patruum placarent. ut in [illegible] [illegible] officiis sua
officia et patris qui [illegible] ut Imperatorem adorabat. Cum
Vidisset autem Zelymus mox ingenuos hos nepotes ante se stran-
gulari iussit Pater [illegible] audiens crudelem filij
[illegible] [illegible] [illegible] dominijs montibus sese oc-
cultauit [illegible] a familiari suo proditus captus est stran-
gulatus Extabat adhuc Machmat frater maior natu
[illegible] matris consilio [illegible] exercitu in Bythinia

festinavit Zelimus audito huius adventu semel atque iterum congressus
cum eo et in fugam vertit. Ille autem tandem pessa fugiens fati-
gatus et plane exanguis super lapidem consedit, vidensque sibi im-
minere fatum compellans militum praefectum dixit, si accipe a
me hos annulos et a te faciliorem mihi mortem impetra. At Zeli-
mus certior de his factus carnifices subire iussit et eum strangulari
chordis. Zelimus itaque per huiusmodi victorias hostibus sublatis imperium
adeptus coepit in quoscunque grassari. Hic quoque evecto magno
exercitu traiecit in Africam et eiecto Sultano occupavit ma-
gnam Aegypti partem. Moritur autem aetatis suae 46 anno autem
salutis 1520 postquam regnaverat annis 8.

## Selymanus Othomanus 11mus Turcarum Imperator.

Reliquit Selymus post se filium unicum Selymanum nomine, qui
patri mortuo suffectus est in imperio et christianis multa intulit
damna; sub Ludovico Rege in Ungaria regnante Belgradum
paucis post annis expugnavit quod totius Christianitatis
propugnaculum erat. An. 1521. Cumque tyrannus post eam victo-
riam per integrum annum quievisset contra Rhodum arma sum-
psit. Venit autem sub initium mensis Junii cum 400 navibus ac
200 Turcarum militibus atque aereis praegrandibus machinis quas
super duos montes construxit omnem defendendae urbis com-
moditatem abstulit. Philippus autem Villadamus Gallus Rhodiorum
equitum magister nihil cum suis quod ad defendendam civita-
tem pertinebat praetermisit. Machinis aereis tantum damnum
intulit Turcis hic fusis urbi Turcarum cadaveribus reple-
verit. Rhodii tamen virtutem Selymanus oppugnandae urbis remi-
sit. Tandem deiectis turribus ac moenibus demolitis per
subterraneos cuniculos Turcae urbis extremas partes
occupaverunt, sexto mense ab eo quo ipsam oppugnare
coeperant. Postea Anno post Christum natum 1526 Selymanus
Ungariae bellum indixit. In hac pugna Archiepiscopus cum Strigoniensi
ac Varadino praesulibus aliisque quam plurimis nobilibus inter-
fectus est. Sed nec ipse Rex cum praesidio destitutus evadere
potuit; iterum inter fugiendum in palustrem quandam fo-
veam descendit in qua una cum equo submersus est ubi miser-
rimo vitam finivit; Selymanus stultitiam Regis admiratus

est quod autem tam parva manu exercitus ducentis hom. mil.
libere abire sineret. Mox Budam profectus urbem et arcem se
se conditionibus dedentem ac a hoste(?) et qui primates (?) mox
Ungariae(?) suscepit benigne accepit ac firmiter conditionibus
stetit. Alij vero secus de hac re scribunt. Duas de in-
statuas aereas quas probatissimus olim artifices Matthiae Regis
iussu fabrefactas Constantinopolim duci et Imp. bases e
marmore constructas velut victoriae trophaeum in foro
erigi curavit; Haec pugna facta est An. 1526. 4 Cal.
Septemb. Mortuo Ludovico Ferdinandus Austriacus
in Regem Ungariae eligitur et eodem anno cum Joanne Vai,
vodam comite movit et multas arces ac oppida oppugnavit
In eo exercitu Casimirus Marchio à Brandeburg Supremus
fuit Dux nec diu post vixit. Ferdinandus multa sibi
prius à Turcis Ungariae loca adempta recepit e hostem
suum Joan. Vaivodam qui ad se regni [illegible] aie-
bat, fugere coegit. Hic se victum et expulsum [illegible]
Turcas implorat fidem. [illegible] cum validis exercitibus in
Ungariam ingressus quae non multo ante Ferdinandus receperat,
vacuerat omnia rursus expugnat. Stetit 11 [illegible] contra
arcem Budensem nec potuit illam expugnare donec obsessi
victualium penuria coacti sese Tyranno dediderunt à quo
et fere omnes fuerunt trucidati. Recuperata autem Buda
castra movit in Austriam et cui sua omnia pervenerat, edi-
tae sunt eius iussu in christianos multa crudelitatis exempla.
Alij enim oculis sunt privati alijs nares alijs aures praecisae
virgines corruptae, praegnantibus secti uteri; flammis consumpti
partus. [illegible] Viennam gravi obsidione ador-
tus est 6 Cal. octobris. Fama est eum 200 et 50 millia ar-
matorum sub signis habuisse. Obsidionis initio quosdam
captos Turca Viennam Austriae urbem celebrem gravi
obsidione adortus est 6 Cal. octobris Fama est eum 200 et
50 millia armatorum sub signis habuisse; Atrociter quoque mi-
litibus muros adorientibus fit magnum certamen sed Tur-
cis magis cruentum; Ad hunc modum semel et iterum ten-
tat, nostri multos è Turcis orco demiserunt. Idem factum
est in tertia oppugnatione. Postrema oppugnatione tot la-
bores desperdidit tanta est edita Turcarum caedes ut
multis

nullis postea potuerint comminationibus adigi ut recede-
rent. Vicies hic fortis hostis subiit muros, vicies cum in-
genti strage a nostris repulsus. Dei virtute et fide
ac defensione Philippi Comitis palatini. 21. Turcarum
Imperator post multos irritos conatus spe potiundae urbis
abiecta ad 15 die octobris exercitum abduxit 60 hom-
inibus amplius in oppugnatione amissis.
An. 1531. agente Aquisgrani a coronatione Ferdinandi
Rege Rom. rursus Turca eodem tempore quo antea Chri-
stianos vel mediocri conatu affligeret in Ungariam recur-
rit, Viennam iterum tentare volebat sed Carolus et Fer-
dinandus fratres cum ad suas suscepissent Duces Castra castris
contulerunt, cum hoste in aciem descenderunt. Fuit id [illegible]
praelium copiarum Solymani parte multo maxima aut capta
aut caesa. An. Christi 1541. Solymanus in Moesia aben-
parit civitates aliquot quas Veneti adhuc possidentes
habebant. Mortuus est quoque eodem Anno Joan. Vaivoda
et redivivus Turca in Ungariam occasione multis Christi-
anis nostris subegit Budam et Pestam imposuitque prae-
sidia fortissima. Sequenti An. nempe 1542 miserunt
Principes et Civitates Imperiales magnas copias sub
Duce Joachimo Brandeburg in Ungariam, sed infecto
negotio rursus discesserunt. An. 1543 cum Caesar Carolus
et Franciscus Gallus mutuis armis se lacesserent, Turca
interim occupavit Strigonium et Albam regalem praeclaras
Ungariae civitates.

# VITAE AC SVCCESSIONES singulorum Principũ Reg: q̃ Poloniæ Carmine Elegi: āco olim descriptæ a Cle: mente Ianitio.

## LECHVS PRIMVS DVX & author Polonorum.

Quo modo Sarmatiae quondam vastata fuerunt
Omnia, post magnas Deucalionis aquas
Primus in hanc Lechus populum deduxit agrestem.
De patria pulsus seditione domo
Dalmata vir Pharijs claro patre natus in agris
Quos rapidus curvis Crupa pererrat aquis.
Colle super pulchro propter nemora Gnesna
Struxit et a nidis nomen habere dedit
Omine permotus, multos ibi namque videbat
Per viridem aquilas aedificasse nemus.
Ex illo fratres unus sed Pherijs regna [illegible]
[illegible] Roma [illegible]

## Cracus Princeps Polonorũ

Emerita virgo cultorem patriae Cracum
Praefecit rebus [illegible] suis
Finibus hic pepulit Gallos qui nostra urebant
Rura, [illegible] post mala Pannoniae
Primus Regni tenuit quoque sceptra Bohemi
Et rexit geminum [illegible] utrumque solum

Tunc habitasse Draco fertur sub rupe Vaveli
Sulphure farcit oves Cracus, monstro objicit, illo
Consumpto Cracus Cracoviam fabricat Gracchi

# Venda Virago

Connubii ob certam spem formosa repulsa
Theutonici bello ... petita Ducis
Hosti concedit, vincit, ... ille pudore
Incumbit gladio se perimitque suo.
At victrix; Mea virginitas sit victima vobis
O superi pro quorum quod mihi sorte ait
Rutigeri fugi thalamos sic fata; sub alti
Se fluctus rapidas praecipitavit aquas
Barbara Semiramidem, Thomyrin Scythas orat utrique
Quam magis anteferat laude stolidus habet.
Aequentur Regnis aequentes marte licebit
Aequari Vanda quae vogo morte potest

# Premislaus siue Lesco Primus

Restituit patria pugna virtute ruinam
Lesco suis minis usus in hoste dolis
Sub nemore hostis erat Lescus sub nocte silenti
Apponit galeas se ramis omne arbor
Sol ortus, galeas accendit, at obvius hostis
Jam nemus instructi militis arma putans
... repenti species quae Lesco removerat illis
Sic nostros moramus terga dedisse putat.

Castra novo celebrat, belli fremitus in antris
Lapsus venit tenebris, Castra sepulta capit.
Ast tormenta hosti dat sommi longa fatigi
Otia [illegible] [illegible] [illegible].

# Lesco Secundus

Attulit huic Regnum variorum cursus equorum
Et praeter morem sors oculata fuit
Dignus erat regno quamuis patre natus agresti
Rusticus, et modici vestis arator agri.
Non bello quam pace minor, miseris in illo
Hoc qui multa unquam mouerat arma viro
Ante oculos voluit monumentum vile prioris
Fortunae sagulum semper habere sui
Et tamen illius non legerat ille poetae
In Sarmatico digni carmine in orbe viri
Fortunae reuerentior habe quicunque repente
Dives ab exili progrediere loco

# Lesco Tertius

Quam fuerit belli cupidus quam Martis amicus
Iste, vel hoc signo discere quisque potest.
Cum sub eo patriae pax arma quieta teneret
Bellandi fieret nullaque causa Domi
Impatiens otii Graecos contra atque Latinos
Pannoniis totius auxilians erat
Viginti genitor varia de matre Nothorum
Infamat quantum tanta libido virum
Saepe licet magna post multa trophaea locatus
Et Cypriae studiis membra ipse dares

Quodsi defendi exemplo nō possit Achillis
Caesar et Alexandri nam q̄ quoq̄ moechus erat

# Popelus Primus

Anne tibi tostum tantum Lepiere reliquit
Non etiam Chypros arvaq̄ dura pater
Et Veneri tantum iussit servire Gradivus
Non etiam q̄ noster Sardanapalus erat.
Quandoquidem in fratrem tu multa gente tuorum
Saevitia, et tu coniuge natus eras
Graecoque etiam patriis te laudibus aequum
Non tantum vitiis imposuisse fuit
At genitore tuo felicior ipse fuisti
Hac in tam rara parte Popelle boni
Quod tibi tu similem genuisti quisq̄ putares
A cuculo cuculum degenerare nefas.

# Popelus Secundus

Dum tenet hic Regno polli vir inutilis, et cum
Coniuge consultat quod male fata ferat
In morbi similem patruos laceratque (sibi
Virginiti fuerant) toxica mixta dedit
Ista cadaveribus ais mune orupit, et illum
Uxorem, Natos, undiq̄ dente petit
Dilaniat, frustra medios fugiebat in ignes
frustra in Goplana perfidus hospes aquas
Agite iustitia qui propter tuerei paratus
Fortis et exortus ad scelus omne manus
Et Deus est scelerum vindicta et poena malorum
Venit Iustus minime posse venire venit.

# Pyastus Crusphicensis.

O priscos hominum mores o nescia fastus
Simplicitas, magnus o probitatis amor
Non puduit proceres homini dare sceptra Polonos
Qui modo cultor agri Crusviciensis erat
Ob solas virtutis opes virtutis honorem
Uxa vir in exigua floruit ille casa
Hoc orti de fonte Duces Regesque Poloni
Duraverunt diu ad Ludovicum tuos.
Compita Crusviciae veterum nostro estis in orbe
Viventum gemini nobilitata Ducis.
Regnum veneto deferri; a mure vorari
Regem; res aeque prodigiosa fuit

# Semouitus

Sic et Alexander viresque iuxta illa iuventae
Ingressus rerum limina magna perit
Ut Semovite peris, patriaeque relinquis acerbos
Maerores, victam mortuus ante diem
Ense tuo victi de nostro turpiter agro
Ultra Carpathium Pannones usque iugum
Tota tibi solvit Pomerania victa tributum
Haedibus et nostris accola quisque erat
Quatuor annorum sunt hec omnia, quod si
Non abrepta tibi tam cito vita foret!
Quamvis quantumvis modico sub tempore vitae
Maxima qui gessit vixit abunde diu

# Lesco Quartus

Quam Pater invictis Semovitus pararat armis
Pacem, Sarromatis attribuitque suis
Filius et illam miro complexus amore
Et vitae summam fovit ad usque diem
Vir cuius mores nemo reprehendere possit
Sunt nisi quem pugnae classica bella iuvant
Quid cum bella gerunt furiis qui pacis! quid optes
Contentus proprio qui potis esse! iterum
Gloria ad arma vocat multos laudumque cupido
Spes praedae multos divitiis ad arma vocat
Utraque bellandi causa iniustissima; sola
Quae pacem quaerent praelia iusta voco

# Semomislaus

Ultimus iste fuit nostrorum rex ordine Regum
Ignavi falsos qui coluere Deos
Huic peperit coniunx oculorum luce carentem
Haeredem, sterilis cum foret ante diu
Mos erat infanti vitae cum compleverat annum
Ludere, quod certum nomen habere putat
Ergo dies venit simul ille recepit ocellos
Ostentum dubia plebe stupente puer.
Rex ea signabat discussa nocte Polonos
Visuros lucis lumina vera novae
Visuros illo Christum sub Rege regemus
Quod bene praestinat quaeque futura Deus

# Miesco Primus

Christe sub hoc uno nos venisti Principe ab hoste
Lechicos Stygio dominatus eras
Coluerunt idola tibi, mars, Lada, gemelli
Gurthia, Pluto, Ceres, Juppiter, Aura, Deus
Foemina te nobis ostendit prima Bohema
Sanguine, principum nos docuitque sua
Sit tibi prima quod nobis est causa salutis
Ipse Deus, mulier Causa secunda fuit
Illa tuo tingi et nescionam fonte maritum
Fecit; Terra suum sit tota secuta Ducem,
Plurima tunc data sunt tibi templa, vocesque Cathedrae
Et quos sacrificis dilapidamus opes

# Boleslaus Chabri Ius Rex Poloniae.

Vici devictos cepi cum Rege Bohemos
Subieci Pomeranos Saxoniosque mihi
Cassubios populosque fretis qui littora nostri
Et Prussos dubia Tosque Ruthenos fide
Imposui fines positis ex aere columnis
Signavi Herculeum sic imitatus opus
Nec mihi templa minus curae quam castra fuerunt
Hinc quoque laudes patri cedere nolo meo
Regia ab egregio fortis stemmata Othone
Sum Gnesnae (Gnesnae tuo mox ipse erat)
Ars quicumque facis fac sis hoc dignus honore
Quo tu imagine sedis dignus eram

# Miesco Secundus.

Dagomar, imbellis, gula crapula sordibus uxor
Uxoris totus, foemina Lureo nihil
Hic erat uxor erat Rex principes omnia nostrum
Asponis quonis anger parosa genus

Theutonibus tantum aequa fuit quam credis ab illis
Tractata est Regis infestis terra Polona modis
Sunt Boleslai nostri potentis liberi
Reponunt nostrum regna subacta iugum
At rapuit tantum mors saeva [illegible] Regem
Pellitur a Regno Rixa fugitque suo
Dant poenas scelerum furor hinc dolor abstulit
Et longo fato digna utraque fuit

## Casimirus Primus

Innocens cum matre puer Casimirus, eodem
Exilio matris criminis pulsus erat
Cluniaci elegit sibi vitam monasticam; servus
Ni avidam cuiusquam hominis [illegible] esse Dei
Nos sumus interea sine principe, subdita cunctis
Terra dolor fuerat quae memorare malis
Redditus [illegible] regnum multa ille [illegible]
Restituit melior vix patris dignus avo
Maslaum domuit civili marte furentem
In reliquos mansit pax sibi grata dies
Et tamen Deus [illegible] adsit, quod cernat [illegible]
Maioris ut surgat laude [illegible] potens

## Boleslaus Audax

Quam bello magnus tam magnis viribus ausus
Boleslaus erat tam truculentus erat
Vastavit Moravos Hunnos, et Russos Bohemos
Vastavit patriae nec minus arma suae
Cuncta libidinibus complebat cuncta rapinis
Cuncta ignominiis sanguine cuncta nota
Laxavit patriae fines hostesque repressit
Evertit patriae dulce [illegible] suae

Pontifice

Pontificem fecerit frustratim recta monentem
Urbis Pontificem Maximus Crucis tuae
O scelus ô portentum ô nostri infamia regni
Non tibi sacrilegos hic credere manus
Unde et vobis periit; Ne iam dubitate polom
Raptum sub stygijs obruit Orcus aquis.

# Vladislaus Hermanus.

Plurima rescidit fratris decreta tyranni
Hermanus Latio par pietate Numae
Hunc spurius natis vexavit filius armis
Sed prius arma tulit pro pietate Dux
Vincitur impietas Popleos ad stagnum paludis
Sedulit nisi fassus debita vincla manus
Sic quidem multa legis, quod dignus laude proscq
Legens historiae qui genus omne nothos
Selegonus qui prisco patrem obtruncavit Ulysem
Ipse tuum ... fuit
Proditor Aeneas patriae est; ne credo marem
Romulus occisor fratris, uterque nothus

# Boleslaus Krziwousti.

Hic quinquaginta pugnavit proelia signis
Collatis, casu non variante fidem
Pugnavit quoties toties et vicit; eorum
Nomina quos vicit quod breve claudat opus
Caesaris Henrici magnas fudisse cohortes
Sat tibi, si desint cetera, laudis erat
Marore interiit quod prorsus ... ab hoste
Foedifragi victus fraude dolosque semel.
I modo Pompei memora mihi Roma triumphos
Nos Boleslai tempora maior erit!

Pompeium Caesar bello prostravit aperto
Frangi potuit nostrū vincere sola Ducem

# Vladislaus Secundus.

Quattuor in natos regnum diviserat aequis
partibus, egregia cum ratione pater.
Vladislao tibi cessit Cracovia natu
Maximo, avaritia maxima, mente tulit.
Fratribus eiectis solus dum cupis habere
Omnia, possessis pelleris ipse bonis
Coniuge cumque tua quae rem tibi suasit iniquam
Vitam in externā profugis exul humum
Ignorata tibi fuit alea? discere in illa
Contentus proprio vivere quisque potest
Namque aliena petens perdit sua lusor et aurum
Dum cupit amisso flens abit aere domum.

# Bolesslaus Quart. Crispus.

Dum cogit Prussos ad Christi dogma Polonos
Amisso mortis milite Crispus opes
Transfuga ducebat nostros malefidus iniquum
Transgressus [illegible]
In conuestitum viridanti cespite caenum
(At tergo in silvis abditus hostis erat).
Insilit: inclusos caeno suffocat tamen in illo
Vix pauci incolumes, se rapuere fuga
Mors generosa dolo quae nil agit. ipsa malignis
Oportuna dolis insidiisque capi, est
Et quae motus propriis virtutibus omnes
Est in perniciem credula saepe suam.

# Micisla, sive Miesco Tertius.

Saepe dies oritur nitida pace, nec tamen illi
 Credideris subito nubilus esse potest
Grandine agros lapidare; tonitribus orbem
 Concutere, & rapidis frangere fulminibus
Ecce senex noster Regni concepit habenas
 Vir bonus et placidi fratris imago fuit
Mox sobole ingenti generis affinibus auctus
 Inflatus captam destitit ire viam
Nil illo peius et nil crudelius illo,
 Audace excepto, patria nostra tulit
Sed tamen est pulsus, nunquam impunita tyrannis
 Sarmatiis fontes scilicet ulla fuit

# Casimir, 2us Iustus cognominatus.

Tractus ad imperium precibus lacrimisque suorum
 Imperii fractas surgere fecit opes
Perculsit scelerum fratris iusto ense ministros
 Sacrificis pacem veritatique dedit
Qui modo calcanti sub dicaptore iacebat.
 Ipse suis rebus nil habuere sui
Intulit in patriam corpus, Roma usque potitum
 Divi qui Floris nobile nomen habet
Mista dedit, [illegible] scelerati aconita ministri
 Inter solennes perfida dextra dapes
Impie & in subitum patria plangente sepulchrum
 Delicias hominum, deliciasque Deum

# Lesco Quintus

Quem sine bellari patruo, sed an impius isto
Sit facto, iusti discutiat viri
Esset uter rerum dominus, certavimus; at me
Id velle in patriam, nudus adegit amor.
Ne patruum regnare lupum, maiore potentem
A quo pulsus erat cum feritate gregem
Dum labor: invadit Pomeranus bellua, inermi
Dat non speratae mors mora nece
Quanto igitur rerum dominus securius omnum
(Quod quidam scripsit) carmine semper agit
Tempora sunt, loca sunt quovis metuenda potenti
Quo vivit, totum in cura, pericula, metus

# Boleslaus 5us Pudicus

Tartaricus furor in cives regnante Pudico
Sarmatiae pene redegit opes
In flammas abiit Cracovia, greges ex agris
Porrigit ripas, omnia ad usque tuos
Fugerat ad Ungros Princeps, quia viribus impar
Ad confligendum cum subito hoste fuit
Stanislae tuos cineres tellure levavit
Et sacrum in fastis fecit habere locum
Coniuge consevit cum virgine, virgo maritus
Additus studiis casta Diana tuis
Bochnenses reperit thesauros primus, et inde
Sarcit a diris damna recepta Getis

# Lesco Sextus Niger

Quanta locustarum quas nos hoc scripsimus anno
Appulit in nostros agmina ventus agros
Agmina tanta ferunt in nos venisse Getarum
Sub Nigro et primum ingeminasse malum

Is

Is cessit solus alioqui semper in hoste:
Cum quocunque inijt proelia victor erat
Forma Ruthenorum ductore superba Leone
Et magna, exigua contudit ille manu.
Obtinuit quoties Lithuanos et Jazigas (hoc iam
Interijt nostro funditus ense genus)
Multa in Christiadas vult laudum habitura secundis
Bella; Lacessitus sed quae vicit, habent
# Henricus Probus.
Teutonibus solis clarus priusquam erat ortus,
Quae Regni titulum fulsidat una; Niger
Illi Silesium furtim sub nocte silenti
Moenibus accipiunt, cui studuere Ducem.
Nobilium contra, contra decreta Senatus
Nam cui legitime sceptra dederunt, erat,
Perfida pars vicit, regnat Probus, exulat heres.
Sed res parta dolo non diuturna fuit
Silesij Henricum dubio rapuere veneno
Quod fidus alter, nomine et alter erat
Qui fraudem insita coluit, rem fraude paravit
Qua periit; dignus fraude perire fuit
# Premislaus Secundus.
Ob scelus Judaeis raptum diadema Polonis
Retulit istius gloria lausque viri
Magnus erat, tantum seposuit quod primus honorem
Nobis; munus et hic quod revocavit erat,
Splendidus antiquis certans Heroibus omni
Virtute, in summo quam decet esse viro
Concidit insidijs celebrans solemne Lyci
Invidiam viribus dat sibi et illa necem
Et caute et timide Genio seruite potentes
Exitio multis lux genialis erat

Hac Cyrus interijt, Magnus interijtq Philippus
Hac est Argolicis Troia cremata rogis

## Wencestaus Bohemiæ Rex

Ad Venceslai iussi vies Auguste, Bohemi
Scortea damnatis tota moneta fuit
Exutus erat pellis detracta animantibus illis
Quas Asperg[i]llos patria nostra vocat
Hoc ego dum cuidam narro qui strangulat amplo
Arcas argento, semper egenus ait
Ergo putrescebant tunc nummi! o dura priorum
Tempora, tunc nasci res miseranda fuit
Gratia magna Deo quod homo sum natus in isto
Saeculo, cum pelles non mihi sutor habet
Audisti quando Deus mala vult saecla illa re-
Tunc ego, tuo superi mitius esse precor

## Vladislaus Cubitalis vulgo Łokietek.

Corpore parvus eram cubito vix altior uno
Sed tamen in parvo corpore magnus eram
Non ego Prussorumque Bohemorumque cruorem
Iactabo cladem nec Gedimine tuam
Fortunam vici, cum qua mihi bella fuerunt
Ut Niger e terris tristis volavit iter
Ter cecidi regno; per te Rhamnusia semper
Post lapsum erexi maius ad arma caput
Corde vir est opus et magno non corporis, magnum
Qui stravit Goliam, nonne pusillus erat?
Ingentem parvus Polyphemum vicit Ulysses
Sed tamen illo hominum tam gravis nemo ego.

## Casimirus Magnus.

Nil hoc splendidius nil magnificentius uno est
Quodcunque illius respiciatis opus.

Legibus armauit patriam placidumque sub illo
Libertas ad nos protulit alma caput
Oppida tot cinxit muris, quod pene per omne
Hoc regnum muris oppida cincta videas
Tres simul hospitio excepit cum Caesare Reges
Cum tibi dat neptem Carolo quarto suam
Rex ingens opibus bello, pietate, quod illud
Quid premis infami Cypria sola nota.
Hunc dici magnum est inuenia magna Poloni
Iure suum nomen Maximus esse potest

## Ludouicus Hungarus.

Non quia vir fuerit nequaquam Ludouicus & vltor
Crudelis nostras non bene rexit opes
Sed quia Pannoniae dum plus amat arua paternae
Linquebat saeuis istud ouile lupis
Qui nouit quid agant famuli, si longius absit
(Praesertim fuerit qui minus asper) Herus
Hic videt aerumnas, quas multa absentia boni
Pastoris nostrum tum cumulabat ouis
Illo Rege quidem leges creuere; sed illo
Rege tamen, robur nil habuere suum
Lex nisi tutores habeat, contra arma potentum
Est quod araneolus sub trabe nectit opus

## Iagelo siue Vladislaus Lithuanus.

Hic Gentilis erat Lithuanus de stirpe Iagello
Vir bonus et tantas inter honestus opes
Mox est coelesti Princeps baptismate tinctus
Quem subito est Dominum Gens imitata suum
Hinc dotale capit pulchra cum coniuge Regnum
Et tribuit Lithuanis signa Polona suis

Rege sub hoc moriorem suscepit Prussia cladem
Sessitus et rigidus concidit ense Gothus
Quam multa in regno struxit delubra Polono
Monstrat Gymnasium sat pro te Craca tuum
Et linquens gnatos ex iusta coniuge natos
Lucida fulgentis scandit ad astra poli.

## Vladislaus Quintus

Vladislae tibi regale Polonia sceptrum
Contulit ob proprij splendida facta patris
Huic quoque et Hungarici defert diadema Senatus
Et quae sunt lati iugera multa poli
Egregia vero tu praeditus indole regnas
Ac regis imperio subdita regna tuo.
Hoc spiguit[?] nacedum fines vastare remotos
Nominis et floret gloria nota tui
Donec mixe potit[?] fretum trux foedera iura
Quod facis! At satius frangere Papa iubet
Cui tu dum pares te ad Varnam Marte palude
Fudit Amurathes, et tua castra capit

## Casimirus Quartus

Post fratrem Casimirus adest qui iura porrexit
Sarmaticus iustus qui regit ultor opes.
Eripit et captas Marianis fratribus urbes
Aetherea terribili discutiente modo
Hoc duce Sacrificij magnas sensere repulsas
Illi ubi Castaliam Vistula volvit aquam
Hinc repetit Maria nostri cui ford[?] ornentere Castrum
Prussiaci quod tunc incoluere Duces
Hunc quoque Chojnicium multis hic inde peremptis
Sensit, et alijs quae ditionis erant

Ducentem reliqua foelicia tempora vitae
Fata gravem nobis eripuere Ducem

# Ioannes Albertus

Dux Joannes Alberte binominis agmen
Sarmaticum nactus id perficiente tua
Instauratque novo sed frustra marte tumultu
Ulterius patrui funera maesta sui
Nam Dacus variat primo quod dixerat ore
Se contra Turcam velle iuvare forum
Instruit horrendos te contra perfidus hostes
Et fudit populos Marte iuvante tuos
Unde nomen nostris patuli memorabile fagi
Dum Sol sydereo tramite currit, erit.
Sic igitur multis non faustis obrutus actis
Te rapuit iuvenem Parca severa Ducem

# Alexander

Multa laborati hoc recinunt de Rege libelli
Quam dum promptus martis ad arma fuit
Nil illum morbi, nil frigora saeva movebant
Ut non inceptum efficeretur opus
Saepius insano compressit Dacigeros arcu
Et dedit horrendae millia multa neci
Indigna coluisset saevi perinvia Mosci
Illius constans abstulit ultor opes
Nec tantum bello studuit, sed legibus aequis
Subiectam patriis et moderatus humum
Illa Ducis laus est certe verissima magni
Qui sacra qui iustum cum pietate colit

# Sigismundus Primus.

Cum tueraret Atrox devicto Glinscius hoste
Suffectum, pulsa suspicione fidem
Qui caperet regni post mortem fratris habenas
Tota Sigismundum terra Polona capit
Hoc, qui magnatis tunc nemo tenacior aequi
Maior consiliis et pietate foret
Os Regum decorabat cum clementia, solus
Regis Jagellona stirpe superstes erat
Prostravit Scytum numeroso milite Moscum
Millia quo bello bis cecidere decem
Quantus amor populisque suo externisque monarchis,
Tantus erat Turcis o tibi Theutone tremor

# Catalogus et Successio omnium Caesarum qui à Carolo magno usque ad Carolum quintum imperio praefuerunt.

**Carolus** Magnus filius Pipini Regis Francorum natus in villa Ingelheim quae 2 milliaribus distat Moguntia ubi etiam insigne construxit palatium cuius vestigia hodie adhuc cernuntur. Hic Carolus defuncto patre concordi consensu in dominium locum et fratrem alterius; Albinum Alcuinum praeceptorem habuit quo procurante Gymnasium Parisiense extruxit quemadmodum et Papiense; postea regnum Longobardorum perdomuit; Templa exornavit; Basilicam Aquisgrani ubi sepultus est extruxit; Monasterium in Westphalia fundavit, pluraque coenobia ultra et citra Rhenum fundavit et fundata privilegiis et beneficiis prosecutus est; Gravissima et maxima bella gessit primum Aquitanicum; alterum Longobardicum; 3um Saxonicum; post in Hyspanijs bellum in Bavaria atque in Pannonia contra Hunos; Ceterum quum Leo 3us Pontifex ab omnibus male tractatus Carolus eius iniuriam vindicaturus venit Romam, ingressusque in die natalis Salvatoris templum ut [illegible]et Pontifex Leo coronam capiti eius imposuit et Imperatorem Romanum pronunciavit. Cum ab universo populo Rom. acclamatum: Carolo pijssimo perpetuo Augusto à Deo coronato, magno et pacifico Imperatori vita et victoria. Vocatus est deinde et abolito Patritij nomine quo prius vocabatur appellatus Imperator Anno Regni sui 33. Nostrae vero salutis An. 801. Imperante tum Constantinopoli Irene post excaecatum filium Constantinum Irene itaque audiens quae Romae facta fuerunt misit legatos ad Carolum de pace firmanda. Et Carolus vicissim oratores Imperatrici misit de pace solidius firmanda ipsique connubium petens in quibus illa consensisset, nisi impedita fuisset. Interim cum senectus accederet divisit Regnum inter filios. Nam Ludovicum Aquitaniae Regem, Bernardum vero nepotem ex filio Pipino Italiae Regem dixit ac sequenti anno cum Aquisgrani hybernaret pleuritide correptus diem clausit extremum An. Dni 814 Imperij 14 Regni 46. Aetatis 71.

**Ludovicus** filius Caroli magni et Hildegardis pius cognomento dictus post mortem patris à Regni proceribus Imperator salutatus est. Hic procedente aetate insidias passus est a filijs

praesertim quod Juditham alteram uxorem mulierem procacem duxisset. Unde Lotharium in Italiam, Pipinum in Aquitaniam, Ludovicum vero in Bavariam ablegavit. Sed nihilominus filii patrem custodia arctissima mancipant, in monasterio S. Medardi Suessione im-prouiso ... se partiunt. Monarchiam vero Lothario natu maiori fratres permittunt sed cum primores Franciae aegre ferrent, minoribus filiis Imperatorem custodia educit regnique suo restituit et Juditham uxorem ex Italia exilio redeuntem recepit atque filio eius Carolo tradit Regnum Aquitaniae Pipino enim iam obierat; Lothario vero iam moriturus imperium commisit. Reddidit autem Deo spiritum Anno Christi 840 Imperavit Annis 26, sepultus Metis in monumento Hildegardis matris. Primo Carolus Aquitaniae Rex est ille qui postea Calvus est appellatus.

3 Lotharius filius Ludovici Pii post mortem patris infelicibus auibus imperium aggressus est. Cum enim ferox esset in fratres illi adversus eius cupiditatem bellum gesserunt Tandem concordia inventa est formula nempe ut Carolus Rex Franciae diceretur. Ludovicus Rex Germaniae esset omnesque Germaniam usque ad Rheni fluenta possideret cum nonnullis adiacentibus civitatibus et pagis trans Rhenum. Lotharius vero maior natu Galliae Belgicae regnum provinciae et eam portionem terrae, quae ab eo Lotharingia est dicta acciperet cum iam Italiam possideret. Pipinus vero nepos eorum ex Pipino fratre tonsus est in monasterium. Sed et Lotharius Imperator distributa filiis haereditate monasticam suscepit vitam. Reliquit autem filios Ludovicum, Lotharium et Carolum. Cum enim Lotharius imperasset annis convocatis regni principibus fit inter filios regni partitio et Ludovicum consortem imperii fecerunt atque Italiam dederunt, Lothario autem Austrasiam et Lotharingiam Carolo vero minori natu Galliam Narbonensem. Mortuus est anno salutis 855 Cum regnasset Annis 16 Lotharius quoque filius eius paulo post moritur in Italia una cum magna parte exercitus sui, qui omnes peste perierunt.

4 Ludovicus Junior qui et secundus filius fuit Lotharii cui pater regnum Italiae et imperium avitum assignavit fuit vir humanus pius et iustus Regnavit Annis 19 mortuus est Anno 874.

5 Carolus Calvus Ludovici Pii ex Juditha altera uxore filius et Ludovico S. Imperatoris patruus cum iam occidentalis Franciae regnum An. 36 tenuisset audita morte Ludovici Imperatoris festinavit Romam pro-

cur.

corona imponi suscipienda An. salutis 876. Ipse Desiderij
uxoris frater proclamavit Regem provinciae. Cumque in Itali-
am proficisceretur, ut Sarracenos ex Campania expelleret, mo-
tus correptus febre moritur accepto veneno a Sedechia Judaeo
medico quem familiariter diligebat An. salutis 878. Regnavit
An. 36. Imperavit biennio.

6. Ludovicus 2us Caroli calvi filius Balbus
cognominatus vir simplex ac mitis, Justitiae pacis ac Religio-
nis amator Unctus et coronatus est An. 878. Mortuus est An.
880 cum vix biennium imperasset.

7. Carolus Junior cognomento Crassus Imperator
Christianissimus omnia Francorum regna tenuit. Sub eo gra-
via damna illata sunt Gallis a Normannis qui vastarunt Atre-
bates Cameracenses, Morinos, Menapios, Brabantinos, Eduones,
Tungros, Treviros &c. Quibus cum Carolus Imperator resistere
non posset tandem ex hostibus amicos et affines fecit data
S. Gothofredo Regi in matrimonium Gisla filia Lotharij fra-
tris sui et Frisia in dote adhibito baptismatis lavacro. Hu-
ius ignominiam pertaesi qui subditi quod et Franciam cui Gallica Nort-
mannorum foedatam [illegible] et eorum ignominiam probri magis
auferendum eum tanquam inutilem imperio deponunt adhibito sibi
ratore Arnulpho quem sui sufficiens, Regemque ac Caesarem eligunt
Carolo abdicato. Qui in summa egestate adeo vixit, ut
saepius quotidianum victum sentiret [illegible] ab omnibus dere-
lictus privatam autem misere vixit adiutus ab Arnulpho
certis ex Alemannia redditibus, pro victu quotannis quos
supplex rogaverat ne fame periret. Mortuus itaque pau-
per sine honore in Augia maiori prope Constantiam, ubi li-
cet absque monumento sepultus An. 888. Imperij 10. A suis
strangulatus etiam fuisse dicitur. Res digna spectaculo et magnis
Principibus animadvertenda, humanae sortis exemplar.

8 Arnulphus filius naturalis Carolomanni Re-
gis Bavariae fit Imperator. Cum enim optimates Arnulphum
strenuum ducem orientalis Franciae quae Regnum Teutonicum tu-
nc dicebatur Bavariam, Sueviam, Saxoniam, Turingiam, Frisiam
Lotharingiam complectens abiecto Carolo Imperatorem impe-
ratorem eligunt. Gravissima bella gessit cum Nortmannis
in ripa Mosae; Novissime vero cum Italiae tumultuationem pacatu
Colon

contenderent pharmaco quodam domentatus ac gravissimo morbo corruptus delatus Ratisponam, tandem mortuus est an. salutis 899. Regnavit 12 annis. Habuit autem duas uxores, unam signatam Regis Graecorum filiam ex qua suscepit Arnulphum malum ducem Bavariae et Ver[...], alterum comitem in Schiern; alteram Luitgardam quae genuit ei Ludovicum Rom. Regem ac Bavariae ducis successorem suum.

9. **Ludowicus** 4tus filius Arnulphi Imperatoris in oppido Forchem post patrem electus invenis cum Lampertum Berengarium et Ludovicum Bosonis filium qui pro Imperio contendebant. In hoc defecit Genealogia Caroli magni, Centum annis et supra Caroli magni prosapia administravit imperium. Mortuus est autem sine liberis Anno salutis 911. Regni sui 12.

10. **Conradus** Franconiae dux post Caroli Magni sublatam stirpem designatus Augustus authore Othone Saxoniae duce, Vir strenuus et in re bellica exercitatus, animo corporeque validus. Porro adversa valetudine laborans cum supremum diem adesse conspiceret convocatis Germaniae principibus author fuit ut Henricus Othonis Saxonum ducis filius Augustus crearetur. Sicut etiam regalia ornamenta Coronam, sceptrum aureum in medium ferri iussit atque Henrico Saxoniae tradidit. Mortuus est deinde cum annos regnasset 7. An. Dni 919.

11. **Henricus Auceps** successit Conrado. Nam Eberhardus frater Regis defuncti acceptis armis armillis cum chlamyde Lancea et veterum Regum gladio ac diademate ad Henricum Saxoniae ducem festinat qui in venatione et Aucupio forte occupatus unde et cognomentum sibi datum est cum ei Regis nunciat. Fuit autem filius Othonis ducis Saxoniae et noluit accipere coronam imperialem. Nihilominus tamen cum Regnum Germaniae suscepisset, summa prudentia et fortiter illud administravit. Gessit bella plurima cum Ungaris Sclavis Dalmatis, Bohemis etc. Tandem tactus paralysi designavit Othonem filium suum maiorem Regni successorem. Mortuus est in [...] civitate sua [...] imperij 17. An salutis 937.

12. **Otto Magnus** filius Henrici Regis procerum Germaniae primorum consensu Regni successor electus et a

magno

moguntino Epo Hildeberto mandat. Hunc tres conabantur
detrudere regno Nempe Henricus fr eius, Giselbertus dux
Lotharingie sororius eius et Eberhardus comes Franconie
invocatoque ad Ludovici Regis Francie filii Caroli Sim-
plicis auxilium. Ludovicus ergo Rex ingressus Alsatiam
parabat recuperare Lotharingiam quam pater perdiderat.
Sed Otto pellit eum Alsatia et Brisacum [illegible] ob-
sidet castellum et expugnat atque Lotharingiam in suam de-
ditionem coercet. Eberhardus comes prope Andernacum ab Ottonis auxiliariis occiditur et Giselbertus cum
equo in Rhenum precipitatus submergitur. Henricus
vero fr Othonis quum nullum undique videret subsidium, de-
speratis rebus pedibus et capite detecto procedit ante pe-
des Othonis petitque veniam. Otho fratrem misit in Ingelheim
oppido custodiri quoad in eo resideret. Tandem mor-
tuo Bertholdo Bavarorum Duce Ducatum ei concessit Ba-
varie, quod Arnulphi Ducis Bavarorum habebat fili-
am uxorem Juditham nomine. Hic Imperator cum Un-
garis ad Augustam Vindelicorum orientem gessit bellum, quos
superavit ibidem. In hoc prelio tres eorum Reguli capti
sunt suspensi in cruce. Post hoc bellum venit in Italiam
expugnataque urbe Romana et pacata Italia reversus est
in Germaniam. Cum autem Rom. imperium longe lateque auxis-
set senecta [illegible] tandem et morbo subitaneo corre-
ptus atque mortuus est salutis 973. Regni 37. Imperii 13.
sepultus in Magdeburgo.

15. Otto Secundus Ottonis magni et Adelheidis Re-
gine Burgundie filius vivente patre Aquisgrani Rex et declaratus
et Romae unctus, necnon a patre in imperium ascitus. Contra hunc Hen-
ricus Bavarie Dux patruelis eius se opposuit, quem hic Impe-
rator mox perdomuit. Deinde cum illo Lotharingia [illegible]
excitat Otto ingenti exercitu illos sedavit atque Carolo Lo-
tharii Regis Francorum fratri Lotharingie Ducatum tradidit
beneficiarium Caesari inserviendo. Qua re [illegible]
Lotharium Regem Francie offenderat, congregato magno exer-
citu obruerit Caesarem Aquisgrani. Otto vero suadente comite
ob hanc [illegible] ignominiam promittitque se ad Lutetiam et
concremandis suburbiis populatis et agris sed emptione ani-
[illegible]

cum repulsus est; tandem interuenientibus bonis viris, inter Impe-
ratorem et Regem Franciae pax est composita. Carolus in Lotha-
ringiae possessione permansit sed angustioribus finibus descripta. Nam
huius maiorem partem hinc Agrippinensium, illinc Leodiensium Ecclesiae attri-
buta est. Deinde noui Ducatus Comitatusque instituti veluti membra
e corpore diuulsi. Et Austrasia Marchionatus seu Imperij a Ger-
manis appellari coepit. Cum Graecis bellum ab Othone infeliciter ges-
sit. Nam exercitus eius crebris incursionibus fatigatus, a Graecis victus,
[illegible] uti nouissent Romani totaque Italia eius consilia. Otto Impe-
rator a suis desertus ad littus fugiens in nauicula a pyra-
tis deprehensus in Siciliam delatus est, ignotus magna [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] negociator [illegible] Caesari nouit pro se
pecunias ingentes pollicitus rem [illegible] cumque pecuniam al-
latam numerarent pyratae, Imperator [illegible] [illegible] confestim
+ eductus erat velocissimis aliis Romanis redijt et collectis
eius reliquijs exercitus denuo nimis incaute Graecos atque
Saracenos aggressus sagitta venenata vulneratus Romamque rediens
post paucos dies diem suum obijt. 10 Imperij anno. Reliquit
autem filios Ottonem 3um Caesarem, Hugonem Ducem Saxoniae Ste-
fridericum et Udalricum Duces Saxoniae, a quibus postea descende-
runt comites et principes Sabaudiae.

14 Otto 3us filius Ottonis 2di ex Theophania Grae-
ca imperatrice natus eligitur Imperator contra Italos qui ad se impe-
rium trahere contendebant. Inde urbem petens a Gregorio 5to
sanguineo suo Duce Saxoniae Brunonis nomine antea appellato diade-
ma imperiale accepit. Hunc Pontificem quum Romani eiecissent ali-
umque elegissent Otto armata manu veniens Romam obsidet urbem et
intromissus [illegible] pontificem vita priuat Gregoriumque restituit. Cres-
centium vero consulem huius tragoediae authorem ex fuga re-
tractum vili iumento inuersum imponi iubet et per urbem circumduci:
paulatim membris detruncatis postremo ante urbem suspensum
[illegible] vulneribus a militibus confici. Gregorius ut Caesari
et Germanis gratificaretur et vindictam de Romanis acciperet
nouum foedus iniit cum Caesare Ottone de eligendo a Germanis prin-
cipibus Rege, sanctionem formulamque creandi Imperatoris ut haec
electio perpetuo Germanis maneret. Cumque Otto Roma disce-
deret, uxor Crescentij Consulis quae forma eximia cunctas Italiae mu-
lieres superabat, spe regnandi Imperatorem ad amorem sui pellice-
ret. Dispectum iniquo tulit animo, cumque Otto Roma ~~[illegible]~~
[illegible] in Germaniam maturantem [illegible] chirothecas affabre
factas venenum inspersum fuit et Caesari [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Pande

parditam intonante inter venandum in Italia periit 19 maii Anno nullo herede relicto. Habuit Otto iste uxorem Mariam Arragonam feminam impudicam et floridam. Haec in [illegible] viri animum in Comitem, propter elegantis formae et virum optimum capit [illegible], multisque blanditiis conata est eum in sui amorem pellicere. Cui cum assentire nollet, falsis delationibus ab ea est apud Caesarem accusatus et poena capitis damnatus. Post cuius mortem uxor comitis, mariti innocentiam candenti ferro perpurgavit. Quare commotus Imperator, viduam multis bonis et muneribus, quatuor insuper castris donavit, uxorem vero suam exuri fecit. Sic condignum recepit petulantissima et impudicissima femina suae impurissimae vitae mercedem.

15. HENRICUS Sanctus Dux Bavariae Comes Bambergensis dictus Claudus, Rex Rom. designatus fuit, qui vir totus pius, qui multos Episcopatus erexit et locupletavit. Bambergae quoque Episcopatum erexit et divitiis dotavit. Habuit fratrem Episc. Augustanum et sororem Giselam quae nupsit Regi Ungarorum, qui et christianus effectus Stephanus in baptismo est appellatus. Uxor Henrici fuit Cunigundis Sigefridi Palatini Rheni filia [illegible]. Porro Imperator obiit XII. Imperii, 11 Regni, 24 aetatis anno 52.

16. CONRADUS successit in imperio Henrico, filius Hermanni Ducis Franconiae, cuius Hermanni avus fuit Conradus Dux Franconiae et Lotharingiae gener Othonis magni. Hic Imperator cum venit potenter urbes Italiae rebelles [illegible] circa Traiectum infirmus aegrotare coepit subitaque morte illico sublatus, Spirae in templo a se constructo se., An. Regni 17 Imperii vero 14. [illegible] sepultus. Habuit uxorem Giselam filiam Lotharii Regis Franciae quae obiit [illegible] Spirae est sepulta.

17. HENRICUS 3. Conradi Imperatoris ex Gisela filius, designatus ab Electorib. Rom. Rex Princepsque optimus, Niger vocatus, [illegible] quam variis motibus agitatam sederit ac quietam reddiderit [illegible] [illegible] fecit in Italia qui tres habuit Rom. Pontifices. Mortuus est An. Chri. 1056 aetatis suae 39 Imperii 16. Habuit duos filios Henricum qui ei successit et Conradum Bavariae Ducem. Ex uxore Agnete filia Ducis Aquitaniae.

18. HENRICUS 4. filius Henrici tertii vivente patre in Regem est creatus, et post obitum patris sub tutela matris educatus. Hic maturior omni licentiae et libidini indulgebat. Quapropter multis invisus fuit multorumque iras in se excitavit. Intulit Sacro[illegible]mae gravissima bella et rebelliones [illegible]. Pontifex quoque Rom.

rritat. cum eum absolvit nec et Regnicolas a iuramento Regi praestito et
ab obedientia eius quod magnum peperit in imperio dissidium. Nam Saxones
Rudolphum Ducem Sueviae elegerunt Rom. Regem viii et Rom. Pontifex
ipse misit coronam cum tali inscriptione. Petra dedit Petro Petrus dia-
dema Rudolpho. Paulo post duo Reges committunt praelium cadentibusque u-
trinque multis. Magdeburgensis Episcopus in fuga occidit, Wormaciensis capti-
vus cum multis aliis. In hoc praelio Rudolphus occidit, abscissa dextra
ea brevique postea moritur. Deinde Caesar ingressus Italiam fuga-
vit Papam et alium cum civibus Romanis constituit Clementem nomi-
ne a quo etiam fuit coronatus. Deinde variis iactatus procellis &
a filio imperio privatus prae maerore cordis moritur. Sic miseriis ce-
ssit Henricus Imperator princeps alioqui facundus liberalis acer in-
genio et bellicosus et qui sexagies et bis in acie collata pu-
gnavit.

19 Henricus 5tus filius Henrici 4ti et Bertae marchio-
nissae Italiae vir bellicosissimus et audax potitur sui imperii est ipse
invitus Moguntiae factus et electus Rex ab omnibus Regni principibus,
An. salutis 1111 Deinde Romae coronam imperialem accepit una
cum multis privilegiis quae tamen Papa paulo post revocavit et Im-
peratorem excommunicavit unde multae dissensiones schismata, in-
cendia homicidia, depraedationes et tumultus in Germania sunt excita-
ti idque per totum annum vix praeteriit tandem in Traiecto inferiori
morbo correptus est qui et periit An. Regni 20 Imperii vero 14. Habuit
uxorem Mechtildem Henrici Anglorum Regis filiam ex qua nul-
lam suscepit prolem.

20 Lotharius Germanice vero Ludovicus natus
e comite Gebhardo Duo in Arnsburg ac Hedwige Burgravia No-
rinbergensi creatus Dux Saxoniae post obitum Ducis Saxoniae ultimi
Magni qui bello captus in carcere obiit. Dehinc post Henricum
5tum electus est in Regem Rom. vir industrius et prudens religiosus, di-
vitiis ac victoriis potens qui Henrici Imperatoris progeniem persequi
coepit a qua etiam et ipse persequutus fuit. Unde crebrae lites sunt ortae
inter Fridericum et Conradum Duces Sueviae multis annis rebelles
fuerunt Regi. Tandem D. Bernhardus Abbas Claravallensis fratres
Fridericum et Conradum Duces Imperatori Lothario conciliavit
Obiit autem Imperator An. 13 regni sui Imperii vero 7. Habuit uni-
cam filiam Gertrudem quam duxit uxorem Henricus Dux Bava-
riae.

21 Conradus 3us filius Friderici Ducis Sueviae et Agne-
tis filiae Henrici 4ti factus est Rom. Rex contra Henricum Bavariae et
Saxoniae ducem qui regnum summis viribus affectabat quem generum

fiet - alterum et ... habebat regalia ppa nempe crucem lanceã
et regium coronã. Quae cũ contra reddidisset et quantã aliã q̃ recepe-
rat reddere nollet conuentu facto principũ ab Imperatore proscribi-
tur ac ducatibus suis priuatus. Saxoniam cũ Alberto marchioni conso-
brino suo et Bavariam Leitpoldo marchioni Austriae filio tra-
didit. Cum aut Henricus maioris rebellare et rex Saxoniam ac Ba-
variam redire contenderet morbo correptus diẽ clausit extremũ.
Conradus, et cũ principibus regni inijt expeditionẽ hierosoly-
mitanã An. 1147. Reuersus vero haud longe post mortuus est
Bambergae An. dni 1152. Habuit uxorem Gertrudim filiam
comitis de Sultzpach, Bavarã natione. 1152

II. FRIDERICUS primus vulgo Barbarossa et Aenobar-
bus à rubea barba cognominatus filius fuit Friderici Ducis Sueviae
fratris Conradi Regis princeps magni et ingenio strenui, statura
procera, corpore composito, facie eleganti, capillo et barba rufa
affabilis et mansuetus. Ipse electus Rex septies ex Germania duxit
exercitũ in rebelles Italos An. 4to regni sui accepit Romae impe-
rij coronã quod aegreferentes Senatores seditionẽ in urbe mouẽ-
runt cõ Imperatorẽ in qua utrinque multi interierunt. Rebelli-
quens aut urbem multos passus est per Italiã in [illegible] quoniam re-
hit in Germaniã. Deinde rebellem urbem Mediolanensẽ obsidet et
redigit sub iugũ ac deinde cum rursũ rebellaret funditus euertit
Multique auctores defectionis [illegible] securi percussi ac cũ omni stir-
pe sunt deleti bonaque omniũ publicata. Similiter quoque egit cũ reliquis
Italiae rebellibus oppidis. Cum Alexander Pontifex incitaret in Im-
peratorem cunctos principes per Franciã per Angliã et per Hispaniã,
Cames quoque interierunt annis Mediolanenses pristinã renouãtes
perfidiam sic conati iudices quos Imperator imposuerat quosdam etiã
suspenderunt accepta occasione in schismate sed quos peniende,
cũ Imperator in Italia consisteret Henricus superbus cognominato
Leo Dux Saxoniae in suã confisus potẽtiam et factione Alexan-
dri Pontificis ab exercitu Imperatoris discessit et frustra ille cũ eo
sib praelio cõmitteret quapropter ipse dignitate electionis im-
perialis et ducatibus priuatus Ducatus cum Noricus Ottoni Pala-
tino de Witelspach donatus, Saxonia vero ducatus et electionis di-
gnitas Bernardo de Anhalt confertur. Posthaec Imperator Italiam
bellis aestuantẽ vtcumque pacat atque expeditionẽ parat in Saracenos
cõ Saladinum. Cumque in Armeniam venisset et ob aestum intẽta-
tum sudoremque abstergendũ fluminis sese credidisset vorticibus rapi-
tur.

& fluminis in omnium conspectu est absorptus An. salutis 1190 Impe-
rij 37. Filius eius Fridericus accepto exercitu duxit in Syriam
ubi obijt cum multis claris viris qui in eius exercitu erant. Habu-
it uxorem Beatricem filiam Reginaldi comitis Bisontini unicam. Ex qua
suscepit 5 filios. Henricus fuit primogenitus Rex Rom. cui de-
sponsata fuit filia Rogerij Regis Siciliae. 2dus Fridericus qui periit
in Syria. Tertius Otto comes Burgundiae et Bisontij palatinus
4tus Conradus Dux Sueviae & 5tus Philippus qui Henri-
co successit in imperio.

23 **Henricus** 6tus filius Barbarossae Imperatoris,
princeps facundus et prudens, statura mediocri facie decora, animo
imperterrito, venationi et aucupio admodum intentus, electus ad impe-
rium proficiscitur in Italiam; uxorem habuit Constantiam Guilhelmi Se-
he Regis filiam monialem cum dispensatione Pontificis, cum qua avunta
mann Apuliam Calabriam Siciliam [illegible] accepit. Tandem vero cum uxo-
re & filio Friderico Siciliam ingressus venationique indulgens bibit
in quodam nemore de frigidissimo fonte cum maxime aestuaret
unde aegrotare coepit, tandemque post mortuus An. imperij 8. su-
perstite haerede unico Friderico filio quem Philippo fratri
cum Siciliae regni administratione commendavit. Sepultus est Panor-
mi An. domini 1198.

24 **Philippus** Dux Sueviae filius Friderici primi
Princeps mansuetus facundus et liberalis Hagenoae a quibusdam electus
ad imperium sed à Rom. Pontifice impeditus; Cum enim à quibusdam
electus Otto Dux filius Henrici Leonis; Ejus vocavit alium in se-
dem Regni atque insignivit corona. Commotus itaque Philippus Al-
satiam devastat deinde proficiscens in Thuringiam eam quoque
obedientem facit Ducit deinde exercitum contra Colonienses et ad
deditionem eos cogit coronamque suscipit Aquisgrani. Roma-
num Pontificem placat; Otto quoque placatus fuit quod Philippus
traderet ei filiam suam Beatricem uxorem, sicque omne bellum
fuit sedatum nisi quod Saxonia adhuc rebellis erat. Quam
cum Philippus compescere vellet ab Ottone Palatino de
Wittelspach in cubiculo fraudulenter vibrato in caput gla-
dio occisus.

25. **Otto** 4tus primogenitus Henrici junioris superbi
Leo cognominati Ducis Bavariae et Saxoniae, timora,
vir superbus et audax Princeps et qui omnes prae se con-
tempsit atque idcirco parvo tempore in imperio duravit

cens

Occupatis multis Alemaniae oppidis cogit insignem exercitum
quo Romam perrexit coronandus susceptoque diademate et
Romae contumeliis affectus Romandiolam patrimonium S. Petri contra
datam fidem invasit et conditis terras latrociniis infestavit unde
Anathemate percussus imperio deturbatur, Principesque sacramenti re-
ligione qua illi obligati absolvuntur. Subtrahentibus ergo se prin-
cipibus ab eius obedientia persequitur Otto Lantzgravium Thurin-
giae Saxoniae rebellem. Et interim Fridericus Siciliae Rex vi-
cesimum agens annum vocatur in Germaniam pro suscipiendo
imperio. Quo audito Otto relicto Lantzgravio venit ad Rhe-
num usque ad Brisacum ut Friderici iter interciperet quo Brisi-
acum venit sed cum sui civium uxores et filias constuprarent
orto tumultu et ipse et sui oppido eo deturbantur amissis
plurimis nobilibus. Turpiter ergo cunctis deserentibus iter
inceptum abiit inglorius in Saxoniam. Maeroreque confectus tandem
dysenteria corripitur atque moritur, Regalia relinquens Henrico
Rheni palatino Friderico assignanda. Nam Fridericus fuit in-
terim Aquisgrani unctus et coronatus An. Salutis 1219 quum
Otto imperasset annis 4

26 Fridericus 2dus filius Henrici 6 eiusque
Siciliae et Jerosolymae Rex Sardiniae et Italiae dux, dux
Sueviae, Princeps strenuus, fortis et liberalis, multarum
linguarum peritus ad imperium adhuc adolescens eligitur.
Ottone 4to lab imperio deiecto. Romae coronam imperi-
alem accepit An. Salutis 1220 conferens multa cum suis in
Italiae praedia ut dominus plurimis Ecclesiae. An. imperii 32
dum veneno est extinctus. Habuit autem uxores multas ex
quibus genuit Henricum Ducem Sueviae et Regem Rom. et
ex alia quae filia fuit Regis Hierosolimitani genuit Conra-
dum Regem Romanorum.

27 Henricus filius Friderici 2di vivente patre
primo puer Rom. Rex declaratur, ac paucis annis post
ducit uxorem filiam Ducis Austriae; sed cum patri anathemate
subiiceretur conspirat et ipse cum patre. Ob id a patre in Apuliam
revocatus custodiae datur, moritur post miserabilem quum
8 annis regno praefuisset.

28 Conradus Friderici 2di filius Rex Sicili-
ae vivente patre in Regem Rom. designatur Augustus dux,

 bu

vix sex annis regnasset a Manfredo fratre spurio veneno est ex-
tinctus.

29. Henricus Landgravius Thuringiae et Hassiae fr. Lu-
dovici mariti S. Elisabethae electus Rex Rom. in odium Friderici 2di et filij ejus Conradi; Eodem anno quo electus erat Rex mortuus est sagitta transfixus.

30 Guilelmus Comes Hollandiae iuvenis imberbis electus Rex Rom. qui filius fuit Florentij 4ti et Mechtildis filiae Henrici Ducis Brabantiae amitae Divae Elizabethae. Gessit multa bella cum Flandris Et cum victor rediret a quibusdam fugitivus Frisiis in arundineto latitantibus cuspidibus transfigitur. An. Regni sui 9.

31. Richardus filius Regis Anglorum in discessione est electus Nam Moguntinus Coloniensis et Ludovicus Palatinus elegerunt eum, ceteri ad principem elegerunt Alfonsum Regem Castellae; Insolescens quod Richardus cum adversarios suos terras Wormatiensis Episcopi igne et ferro vastavit, deinde rebelles etiam civitates coercuit Cumque Angliam repetiisset in obsidione Londini iacente est acceptus cum filiis Regnasset 6

32 Rudolphus ab Habspurg An. 1273. unanimi consensu in Rom. Regem a Principibus eligitur vir maturae aetatis et qui sub Friderico 2do strenue res sibi commissas obibat et ei tota Caesaris nobilitas quam ipsum adiret aspergebat. Fuit is magister Curiae Ottocari Regis Bohemiae qui hanc electionem summis viribus impedire conabatur quandoquidem et ipse ad imperium aspirabat et Brandenburgensem Marchionem pretio corruperat; Electus itaque Rudolphus Aquisgrani et coronatus solitis caeremonijs; Paulo post collectis aliquot Principibus convenientibus Bohemiae Rex contumax ab eo est iudicatus qui Austriam Styriam Carinthiam et Carniolam vacante imperio, ibi usurpaverat; Fuit etiam in illis comitiis decretum quod omnes Austriae terrae vacantes ad imperium essent devolutae. Deinde Rex cum aliis Principibus forti manu occupat Austriam et Bohemum ex illis terris fugat et deinde ad feudum suscipiendum cogit Consentiens autem Ottocarus unum rogavit sibi condonari ne se in publico feudum accipere cogeret Erat

cum

cum supplici[ter] et ... flexis illum adoraret qui olim
ei servierat ut magister curiae suae. Annuit Rex Rudolfus
ut sub tentorio id fieret. Dum itaque flexis genibus acci-
pit vexillum a Rege ut fieri solet quidam funes ... tento-
rium dissolvit ut ab omnibus patam videretur Regem demisse
adorare. Sed cum uxori suae Kunigundi quam ... Mar-
garetae superduxerat innotuisset deinceps mariti acerbis
illusit verbis quasi ... sibi innupsisset marito. ...
... qui potentissimus es Rex coram servo olim tuo sordi-
tam splendide ornatus ... submittis ... adoras;
Verbis hujusmodi ardentibus increpatus Rex ... pa-
cem abjecerit ac neglecto honore suo, violatisque literis sy-
bellum Regi Rudolpho indicere ... obtato
contraque nobilium sententiam. Collectis itaque copiis for-
tem exercitum in Austriam ducit cui occurrens Rudolfus
fortissima manu primo cum castris ... deinde in fugam
versis postremo a ... nobili inter ... occi-
sus An. 1279. ... in exercitu Ottocari 14 millia virorum,
... captivi. Deinde Rudolfus Bo-
hemiam ingressus ... Episcopi ... pa-
cem ... quod filiam Rudolfi ...
Wenceslaus filius Ottocari duceret uxorem, vicissimque fi-
liam Ottocari Agnetem Rudolfus Rudolfi Regis filius
Dux Sueviae duceret uxorem. Talibus nuptiis pax firmata.
~~Et~~ Austria et Ducatus quos Ottocarus [illegible] annis
iniuste possederat Alberto filio Rudolfi cessit. Eo pacto
Austria cum caeteris provinciis ad comites de Habspurg devo-
luta. Rudolfus itaque Rex noluit Italiam ingredi pro ad-
ipiscenda corona imperiali sed a Bononiensibus Florentinis
Januensibus Lucensibus ... pro libertate ... in gravem Rom.
Imperii iacturam ... congessit pecuniam. Avaritia atque
notatur a plerisque reprehensus in caeteris laudatissimus.
Obiit An. aetatis suae 73. An. ante Chr. 1291 Imperii 18.
Genealogiam ejus vide in Tabula Archiducum Austriae.

13 Adolphus Comes a Nassau. a quibusdam Prin-
cipibus eligitur ab aliis vero Albertus Austriae Dux. Adolphus tum
Aquisgrani coronatur. Cumque Albertus Dux Austriae feudum
suarum terrarum recepisset ab Adolpho. Adolphus nihilomi-

... contra Albertum prosequi cum exercitu in Colmarienses, qui in
partibus Alberti stabant, irruit et expugnat. Deinde Alsatiae urbes
sibi rebelles compescuit. Postmodum transfert exercitum in Thuringiam
et Misnam, habitatores per pacem postulare coegit. Voluit deinde et
bellum cum Regem Franciae propter regnum Arelatense. In summa tota
Germania aestuabat bello, ut etiam Principes cogitarent eum deponere
a culmine imperialis dignitatis. Nam neglexit principes, impense indi-
gens aeris, adulteria patravit virgines, moniales et viduas [...]
suppressit, fidem literis et sigillo roboratam violavit. Convenientes
ergo Principes elegerunt Albertum Ducem Austriae, eumque multis precibus
sollicitant, ut imperium assumat. Quo assentiente omnes promittunt ei auxi-
lium. Adolpho vero adhaeserunt Otto dux Bavariae, Rudolphus comes
Palatinus et quaedam civitates imperiales, nempe Francofortia, Spira, Wor-
matia etc. Conveniunt itaque duae acies prope Spiram et fit crudele
praelium per 6 horas acriter et continue pugnatum, utrinque multi
occisi, multi ab equis deturbati. Cum diu ancipiti Marte pugna-
tum esset, Adolphus, qui cum suo exercitu adversos solus habuit radios,
cursum hebetantes, gravissime concussus equo est deiectus. Iterum re-
stauratus equo casu Albertum superveniens atque circa oculum suffos-
traiectus in collo gladio lethale suscepit vulnus, sicque ab hostibus
exercitus interfectus est quum suo ordine in aciem descendisset. Multi
nobiles capiuntur, multi occiduntur. Imperavit autem Adolphus An. 8.
Sunt qui scribunt omnes conjuratores Regis mala morte periisse qua-
si quodam fato. Albertus a duce Joanne postea transfossus.

Albertus filius Rudolphi dux Austriae post occisum
Adolphum iterum a Principibus eligitur in Regem Rom. atque Aquisgrani
coronatur An. 1298. Ducatum Austriae filio suo Rudolpho ad-
ministrandum commisit. Erat hic Princeps fortissimus, qui duodecies
collata acie dimicavit semper victor. Postremo cum ingenti congesto
exercitu Bohemiam ingressurus contra ducem Carinthiae, qui se Regem
Bohemiae gerebat, miseranda morte est a duce Johanne filio Rudol-
phi ex Ottocari filia occisus. Cuius cum diu esset puer ... su-
dens Alberto eius bona tutoribus commisit et ... apud se
honesta conditione tenuit. Qui cum aliis conjuratis invenit eo-
rum imperatorem hunc in itinere confoderunt gladiis. Quo tan-
dem illi suo parricidio poenas persolverunt diris discerpti
suppliciis. Regnavit autem Albertus An. 10.

35. Henricus VII filius Henrici comitis Lutzelburgensis et Beatri-
cis comitissae Hannoniae paternus sibi ad quod magnus, intrauit gestarum
gloria inter principes sui aeui praecipuus in eum quam nec Christianitas ma-
ximam passa est iacturam post Fridericum II morte usque ad annum 1308 quo
hic Henricus fuit electus. Reges Romani abstinuerunt ab ingressu Italiae
nempe Rudolphus, Adolphus et Albertus. Et ob id omnes fere Italiae ur-
bes imperio parere [illegible] excusso iugo tyrannis potius subesse coeperunt.
Electus ergo Henricus et Aquisgrani coronatus contendit ingredi Ita-
liam ascendensque per [illegible] venit ipsam. Et videns ibi imperia-
torum monumenta [illegible] antecessorum suorum Adolphum et Albertum in ho-
[illegible] occisiones [illegible] sepultos; misit itaque [illegible] atque illuc [illegible]
Rohme ad Pontificem pro suscipienda corona imperii legatos quo an-
nuente subsecutus est Rex cum multis ducibus, comitibus, episcopis
baronibus susceptusque honorifice in Mediolanensibus [illegible] autem
Romae cum magna solennitate coronatus est. Deinde volens in Ita-
lia omnia dissidia tollere in die Assumptionis Mariae cum de more
sacram Eucharistiam acciperet a fratre Ordinis Praedicatorum a Flo-
rentinis subordinato illico coepit aegrotare. ferebatur enim Monachus
sub unguibus venenum habuisse quo hostiam infecerat. Paulo post
Imperator animam Deo reddidit An. imperii sui 5 Christi 1313
non numeratur ~~[illegible]~~
36 Fridericus ~~[illegible] filius~~ Alberti Ducis
Austriae et Rom. Regis in discordia electus cuius competitor fuit
consobrinus suus Ludouicus Dux Bauariae, cuius mater Mechtil-
dis fuit filia Rudolphi ab Habspurg. Fridericus autem pater fuit e-
iusdem Mechtildis frater. Diuiso igitur imperium diuisi fuere
populos et ciuitates. Alii enim huic fauebant alii alteri, ventumque
est ad diuturnum bellum. Nam Fridericus depopulatur agros castra et
urbes in Bauaria. Frater vero illius Leopoldus grandi conatu
iuxta Spiram Ludouicum perfregit et in fugam vertit. Fridericus vero
cum magnis copiis Sueuiam ingressus iuxta Esslingam cum Ludouico
pugnauit. Et cum dubio marte pugnatum esset discessere quibusdam occi-
sis quibusdam captis. Deinde rursum apud Argentinam iuxta fluui-
um Bruscam duo magni exercitus conueniunt stantque acies in
planicie ad pugnam paratae, sedent milites furentque eductis gladiis
manus conserere appetunt Ludouicus vero intellecto stratagemate fu-
git in Bauariam. Interiectis deinde aliquot annis Fridericus iterum
ingreditur Bauariam et vastat superiorem Bauariam. Ludouicus

miseratus suorum cladem non destinavit aut hostem amicos Fridericus
ob morae impatiens versus hostem tendit consilium suorum qui id
dissuadebat contemnens Concurrunt acies acriter et victoria Fride-
rici cadit sed bellici fortuna facta est mutatio Fridericus omni
amisso exercitu captus est in carcerem a Ludovico coniectus
Cum itaque triennio in custodia maceratus fuisset tandem persua-
sione cuiusdam fratris Carthusiensis Ludovicus eum liberat
praemissis quibusdam conditionibus revocando ac delendo litteras
imperiales semper ut uterque quoad viveret Regio utereturque
titulo Fridericus autem Italiae pro imperii corona non accederet
sed hanc liberam Ludovico permitteret. Reductus igitur in Au-
striam Fridericus cum magna laetitia susceptus est ab universo popu-
lo. sed ipse ob propositas adversitates paulatim coepit conta-
bescere paucosque annos post liberationem vixit. Resolutus enim
dysenteria mortuus est An. Chri. 1330.

1. Ludovicus Bavarus. is qui multas et gravissima-
lites cum ~~Friderico~~ gessit sed victor tandem nomen et titulum
Imperatorium invito Pontifice usurpat. Hic a Joan. 22
Benedicto 12 Clemente 6 Pontificibus excommunicatus
et tanquam Haereticus anathemate percussus. Mortuus An.
Chri 1347 Imperii 33. ut multi ferunt veneno intoxicatus.

55. Carolus 4 dictus (Rex Bohemiae nepos ex filio Hen-
rici 7mi primum regnante Ludovico a quibusdam electus et Bonnae
coronatus; Non est habitus pro legitimo Caesare nisi cum Ludovicus
mortuus esset, Unde hi 4 Palatinus Brandeburgensis, Saxo et Epus
Moguntinus elegerunt Guntherum comitem de Schwartzenburg qui non
paulo post intoxicatus interiit Carolus igitur magnam expendens
pecuniam conciliavit sibi passim principes Italiaeque ingressus Ro-
mae suscepit coronam imperialem adiectis his conditionibus ne Ro-
mae aut in Italia diutius moraretur Hic iussu Pontificis supersti-
tiosam Flagellantium sectam quae iam totam pene Alemaniam penetrave-
rat armata manu eliminavit, Collegium Pragense instituit
Multum quoque et diu apud electores principes nixus est ut filium
suum Wenceslaum constitueret Regem Rom. Post multa An. salu-
tis 1376 consensum principum assequutus est qui Wenceslaum 15 an-
nos natum in Regem Rom. elegerunt. Altero deinde anno cum in-
cidisset 33. annis valetudine adversa correptus obiit An.
f.

f. 1378. 39 Wenceslaus filius Caroli 4ti patre sollicitante
annos natus 15 in Rom. Regem eligitur et Aquisgrani coronatus cum uxore
nempe Johanna filia Alberti Ducis Bavariae ac comitis Holandiae,
Nurnbergae natus, sublimatus in Bohemiae ac Rom. Regno statim
inani traditus ac desidia corruptus voluptates sequebatur. Et
quum animus esset tyrannidis et haec omnia faceret Pro-
vinciales conquesti Sigismundo fratri qui Rex erat Unga-
riae, Iterum est captus et in Austria custodiae traditus. Sed in-
de elapsus et in regnum reversus priores assumpsit mores. Et
cum ab imperii electoribus crebro admoneretur nihilque curaret
imperio est depositus detinebat; Sub eo Hussitae emerse-
runt Auorum dogmata theutones scholastici contempti
volentes habere, reliquere Pragam una die quinque millia
ac Lipsiensem hinc erexere palaestram; Wenceslaus Rex
in Apoplexiam incidit ac paralysi 18 laborans diebus animam
exhalavit An. aetatis suae 58. Cum regnasset in Bohemia
An. 58. Et in Imperio 20 An. obiit 1419. 116

40 Rupertus Bavariae Dux et Palatinus Rhen-
eligitur post Fridericum Ducem Brunsvicensem et Lunaeburgensem.
Hic Fridericus Princeps fuit bellicosus prudens sed cum Anti-
stite Moguntino veteres inimicitiae erant. Nam ante coronationem
a Comite de Valdek iussu Moguntini Praesulis fuit occisus unde
per Germaniam magnus fuit excitatus tumultus. Tandem Princi-
pes deposito Wenceslao Rupertum Palatinum eligunt
virum armis exercitatum ac insignem iustitiae cultorem, fortu-
na aliquo parum; Coloniae diademate Regio insignitus
Mortuus in Oppenheim decimo Imperii Anno sepultus Heidelbergae.

41 Sigismundus filius Caroli 4ti Princeps Pra-
mus primus Rex Hungariae ac deinde Romanorum. Hic
infeliciter pugnavit cum Turcis iuxta Nicopolim urbem et fere
loco decernens. Sub suo imperio fuit magnum schisma in Ecclesia Ro-
mana quum 3es Pontifices simul praeesse vellent. Unde Conci-
lium Constantiense fuit tum indictum duravitque fere an. 4.
Gessit deinde multa et gravia bella cum Bohemis qui irritati
gravissima damna intulerunt Germaniae. Successit [illegible]
cilius

cilii Basiliensis An. Christi 1431. Mortuus est cum attigisset an-
num 70. An. salutis Christi 1437.

42 ALBERTUS eius nominis II. Rom. Rex filius Al-
berti quarti (Austriae ducis) vix decem annos erat natus, quum patruus eius
decesso interijt oppugnatus Jodoci marchionis Moraviae. Hic
An. 1422 duxit uxorem Elizabetham Sigismundi filiam et
Moraviae insigniores urbes dotis nomine accepisset. Mortuo
autem Sigismundo a proceribus Regni Ungariae unanimiter est
Rex salutatus atque An. Christi 1438 coronatus. Deinde et Bo-
hemiae Rex est salutatus quando certus extaret inter Bohe-
miae Reges et Austriae Duces foedus quo cavetur defi-
ciente in altera domo masculo haerede ex altera fore
Regem postulandum. Est quasi concordi Electorum voto ele-
ctus Rom. Rex. Mortuus An. 1439 prope Strigonium cum
fere biennio imperasset. Reliquit duos filios et uxorem
praegnantem quae paulo post peperit Ladislaum.

43 FRIDERICUS eius nominis III (quidam IV) Friderici,
cuius Ludovici Bavari competitor non numeratus aliis
non esset 4tus) filius Ducis Ernesti et Cimburgae Ducis Ma-
zoviae. Eligitur post Albertum Rom. Rex. An. 1440. Deinde
ex Italia ingressus suscepit coronam Imperialem Romae
ut in Austriam graves patitur ab Austriacis insidias et popul.
furias donec illis tradidit Ladislaum Regem. Quidam etiam
adhaerebant Alberto fratri imperatoris et quum Fridericus bel-
lo factus est et multi in Austria obtruncarentur et multi in
exilium agerentur. Omnia namque furoris plena ac rabie fla-
grabant donec Albertus fato functus interijt. Tunc omnis
tota Austria iure haereditario ad eum devoluta est. Sigi-
smundus vero Archidux Austriae liberos esse imperatorisque ad-
ministrationem provinciae tanquam seniori detulit. Defuncto
Ladislao Fridericus Caesar a multis designatus est Rex
Hungariae. Sed Matthias Huniadis factione quamvis
electus est in Regem sed coronari non potuit quum coro-
na adhuc apud Fridericum esset. Deinde inita est concordia
et 80 millibus aureorum ab ipso numerata. Fuit autem Ma-
thias

thias infensus Friderico quod ei negasset filiam Kunegundim ac
deinde quod regalia dedisset Vladislao filio Regis Poloniae
qui designatus fuit Rex Bohemorum. Causatus enim est Mathias
sibi deberi Regnum Bohemiae unde bellum Caesari indixit, mul-
tasque Austriae loca occupavit donec Reges fuere concordati.
Eodem mortuo Mathia An. 1490 Vladislaus Rex Bohe-
miae factus est quoque Rex Hungariae. Fridericus itaque
multis agitatus procellis cum ingravescente aetate se-
natus filium Maximilianum asciuit consortem imperii. Dele-
ctabatur autem plurimum hortulis et herbarum cognitionem summam
habuit; In victu mediocris et paene abstemius. Uxorem
habuit Eleonoram Eduardi Regis Portugalliae filiam;
Obiit in Lintzio An salutis 1493 Imperavit autem An 53.

117

44 Maximilianus filius Friderici 3 et Leo-
norae Reginae Portugallensis inquisita bona indolis fu-
it neglecta pedagogo inter linguas multas quas di-
dicit stylum latinam linguam non didicit bona tamen studia
fovit literatos amavit. Cum autem decimum octavum aetatis
attigisset annum militia ex Vienna Austriae a patre in
Flandriam ut nuptias celebraret cum sponsa Caroli Burgundi filia
ambo paratis genuit ex ea succedentibus annis 3 filios
Philippum Franciscum et Georgium atque filiam unam Margari-
tam. Sexto autem anno matrimonii quum uxor iterum esset
ingravidata ex equo delapsa casu fuit brevi post mor-
tua. Cum morte uxoris fortuna quoque Maximiliani mu-
tata est 2 filii Franciscus et Georgius mortui sunt et Flandren-
ses Philippum in suam accepere tutelam invito patre. Fr.
Fridericus excitatus commovit totum imperium collectisque
32 millia militum veniensque liberavit filium suum. Postea
cum Carolus Rex Franciae Margaritam filiam Maximiliani sibi
desponsatam remisisset in Flandriam ubi duxit Annam Ducis
Britanniae filiam Maximiliano desponsatam. Deinde secundas
nuptias celebravit cum Maria filia Ducis Mediolanensis
cum vero Sigismundus Dux Austriae Maximilianum haeredem
suarum provinciarum instituisset cogente eum ad id Frideri-
co Imperatore. Ipse vero Sigismundus Dux collocave-
rat uxorem Alberto Bavarorum Duci Kunegundim fi-
liam Friderici Imperatoris inscio et invito patre omni;

latiq Ypoli eid adiacentib superioris Austriae Regioni-
bus promiserat quod Fridericus tamen tulit cogitq Si-
gismundus omnia in publica edicta revocare qua vet li-
cent alicui duci Austriae vendere Dominia sua vel ali-
enare alteri extraneo. Ob id Sigismundus pietate mo-
tus in Maximilianum id videns hunc suis vicinis, sponte
omnes suas terras Viviente adhuc Friderico qui
deinde fuit in filium nec volle illi Ducatum tradidit,
illi donavit, reservatis sibi unde vivere possit red-
ditibus et consiliis. Mortuus est autem Sigismundus An. Redem-
ptionis 1497 relicta omni sua hereditate Maximili-
ano Regi.
Anno 1508 incepit Maximilianus Venetum bellum idq
tractavit vario eventu habuitq Regem Franciae et Pon-
tificem Rom. in foedere contra Venetos sed ne urbem
Romanam hostili manu ingrederentur Pontifex Rom. veritus
illi Tridentum usq bullam obviam misit Caesaremq de-
ctum ac Imperatorem declaravit Caeterum qui se
morti vicinum esse sentiret sancivit ut suarum Provinciarum
Rectores ac praesides cum omnibus officialibus in suo quisq
statu quoad alter nepotum in Germaniam commigrasset
permanerent. Mortuus est autem in Januario An. christi 1518.
Influencio contra Max post mortem eius excitatis est tu-
multus in Austria durantibus tumultibus biennio non
fuit pax quousq Carolus nepos Maximiliani fuit
electus Rex Rom. Is fretiosis rebus facile fecerunt in-
ipsit quousq fratri Ferdinando tradidit Austriam Sti-
riam, Carinthiam et Carniolam.
A. J. Carolus Rex Hispaniae et Siciliae Archi-
dux Austriae et Dux Burgundiae electus est ad fasces
imperii An. 1519 die 28 Julii ubiq Huius rex
An. 1520. 12 octobris fuit Aquisgrani magna so-
lemnitate coronatus ac deinde An. 1521 Cum celebra-
ret Wormaciae comitia fuit a Leone pontifice misso le-
gato confirmatus in officio An. 1526. in Januario ce-
lebravit Hispali nuptias cum Isabella sorore Regis Portugalliae
frater suus eius Ferdinandus Archidux Austriae susceptus est An.
1527 atq coronatus una cum coniuge sua 24 die Febru-
arii in Regem Bohemiae idq Pragae metropoli Regni. Eo-
dem anno 6 die May exercitus Caroli Caesaris con-
status

flatus ex Hispanis et Germanis irruit in urbem Romanā spoliavitq3 ea et multis occisis papa cū suis Cardinalibus vix euadere potuit, id quod supra latius descripsimus. Eodem an. mense Decembri electus est Ferdinandus Rex Vngarorū coronatusq3 in Alba regali. An. 1530 venit Solymanus Turcarū Imperator in Vngariā cū maxima populi multitudine subegitq3 eā pro maiori parte ad petitionē Johannis Vaiuodae. Hoc quoq3 anno restitutus est Franciscus Sfortia in Ducatū mediolanensem p Carolū Caesarē. Hoc vero anno 24 Febr Coronatus est Carolus 5tus a Pontifice Clemente in ciuitate Bononiensi Deinde sequenti anno mense Januario Ferdinandus Rex Vngariae et Bohemiae electus est in Regem Rom. paulopq3 post Aquisgrani coronatus. Eodem anno mense martio Leonora soror Caroli et Ferdinandi Caesarum desponsata est Francisco Regi Francorū atq3 in Reginā Galliae inuncta

Anno 1535 expugnauit Carolus Imper. in Barbaria ciuitatē Tunisam atq3 toti regnū restituitq3 Regem Altzachonn quē Barbarossa pirata expulerat. Hic Carolus atq3 quā sibi retinuit de Regno illo praeter castrum kun Colletina dictū praeterq3 argumento tributū quod Regi restituto iniunxerit; Deinde An. Christi 1541. conatus est Carolus Imperator expugnare ciuitatē Argieriam in Mauritania sed ob aeris intemperiem atq3 maris magnā tempestatē id efficere nequiuit. Anno 1546 et 1547. graue bellū fuit inter Caesarem Carolum 5tum et eos quos protestantes vocant sed in eo bello victoria est potitus Caesar.

# De Ordinibus Cruciferorum ~~Jerosolimis~~ institutis

Eo tempore quo regnum Ierosolymitanum fuit erectum 4 ordines Cruciferorum fuerunt instituti. Ordo Canonicorum Sepulchri Dominici qui sub Patriarcha primum fuerant. Ordo Militiae S. Joannis deinde Rhodiorum. Ordo Templariorum ac Ordo Teutonicorum. Primi ferebant in veste clericali rubram duplicem crucem. Et cum civitas venit in potestatem Sultani Aegypti quidam intrarunt ab eo ut sine permissione retraherent pro Latinis Ecclesia ubi et monachi inserviebant et Abbas. Deinde tempore procedenti Latini extra septa Monasterii ordinarunt Monasterium in honorem B. Mariae Magdalenae ubi sorores ministrarunt ut sic tam viri quam mulieres Ierosolymis diversoria invenirent. Iuxta primum monasterium fuit constructum hospitale pro infirmis et peregrinis vivebantque in eo de religiosis mensa Abbatis et Monachorum. Ubi vero Civitas venit in manus Christianorum Quidam vir Religiosus qui pauperibus diu ibi ministraverat suscepit habitum regularem cui albam crucem affixit fratresque colligebat et una cum eis pauperibus et infirmis ministravit atque in agro Hakaldama mortuos sepeliebat. Ergo in omni terrarum orbe; una cum largitione Principum ac Eleemosynis fidelium, brevi multum sunt ditati in praediis oppidis et castellis. Vocati autem ordo illorum Ordo hospitalis S. Joannis Jerosolimitani deinde vero Rhodienses sunt dicti.

Item cum peregrini sancta loca visitantes a latronibus spoliarentur et aliqui occiderentur quidam milites ad tuendas publicas stratas devoverunt se Patriarchae quibus Rex et Patriarcha de bonis suis aliquid assignaverunt et habitationem concesserunt iuxta templum Domini. Deinde Anno Christi 1127 data est eis regula et albus habitus et postea crucem rubram affixerunt atque post modicum tempus citra et ultra mare amplissimas acquisiverunt possessiones. Sed cum durassent annos circiter 200 exterminati sunt (hi Templarii vocabantur). Habue-

runt

erant suum magistrum cuius sedes principalis fuit in Jerusalem. Sub
ipso quoque temporum quando multi ex Teutonicis causa peregrinationis
pergerent Jerosolymam et ignorarent linguam civitatis quidam
Germanus habitans in Jerusalem cum uxore sua Xenodochium
de bonis suis ad opus pauperum et peregrinorum Teutonicorum con-
struxit et oratorium in honore Beatae Mariae consensu Pa-
triarchae adiecit; et tunc multi Teutonici renunciantes
saeculo se suaque Deo et hospitali libere tradiderunt. Et pro-
cedente tempore quidam etiam ex Equestri ordine ex Ger-
mania inibi hospitali se adiecerunt. Dignum duxerunt
regulam et institutam fratrum militiae templi assumere quam
et ita susceperunt et hospitalitatem non omitterent.
Postea Anno Domini 1191. apud Acram quidam cives Bre-
menses et Lubicenses Hospitale in honore B. Mariae
Virginis ad opus infirmorum tempore obsidionis fecerunt
Eleemosinasque conferentes aesque colligentes obtinuerunt
ordinem istum sub titulo Hospitalis B. M. Virginis Domus
Teutonicorum in Jerusalem confirmari. Et ex eo tempore
coepit habere magistrum ordinis generalem Nobilem et mi-
litarem primum. Huius primus Magister frater Henricus
Walpot, quartus Hermannus de Saltza sub quo religio
coepit habere maxima incrementa. Tandem post annos
Ptolemaide sedes principalis ipsius ordinis
in locum qui dicitur Mariaeburgum translata est. Hi itaque fratres
vincentes Prussiam gentem paganam et [illegible] ditionem Poloniae
ac circumvicinis Christianis erant molesti et inimici
iusto bello tandem in suam redegerunt potestatem. Tandem
a Regibus Poloniae propter magnam ingratitudinem et nequi-
tiam qua erga Polonicam nationem ~~[illegible]~~ fuere usi, da-
rante sunt ad internecionem deleti.

# Sibyllarum vaticinia de Christo nascituro. ex B. M. Virg. templo Spir.

Sibylla Delphica vixit An. ante adventum christi 1525.
Nascetur Propheta absque matris coitu ex virgine Eius cognoscens Proprium nomen tuum, ipse verus erit Dei filius. Virginem Deus, ste caro de carne volebat
Quam nostri blanda verus nec temeravit hymen.
Sibylla II^da Samia vixit an Adventum christi Anno 1356
Ecce veniet Dives et nascetur de paupercula et bestiae terrarum adorabunt eum, clamabunt et dicent Laudate eum in atrijs caelorum.
Deformi in stabulo iacet ecce tenerrimus infans
Quando pruinosa nocte fovet hyems.
Sibylla Erythraea. vixit An. 1289.
In ultima aetate humiliabitur Deus humanabitur proles divina, iungetur humanitati Divinitas iacebit in faeno Agnus puellari officio educabitur,
Cur tam! virgineo te pectore summa gaudia
Cur! Qz ubi labor, nô valet ste Deus
Sibylla Phrygia vixit An. 1215.
Ex Olympo excelsus veniet, et firmabit consilium in caelo et annuntiabitur virgo in vallibus desertorum. Hoc statuit varijs Domus hospita gentibus, at quod nesciam vellet sumere nulla fuit
Sibylla Cumana vixit An. 550.
Magnus ab integro saeculorum nascitur ordo
Jam redit et Virgo redeunt Saturnia regna
jam nova progenies caelo demittitur alto

In modo nascenti puero quo ferrea primum
Desinet ac toto surget gens aurea mundo
Casta fave Lucina tuus iam regnat Apollo.
Lactea salutifero decorauit sydera christo
Nouda sperato germine vernat humus.

Sibilla Helespontica vixit ante station tum christi An. 544.

De Excelso celorum habitaculo prospexit humiles suos et nascetur in diebus nouissimis de virgine Hebrea cum cunabulis terre.
Nunc igitur veteres cessat astrologorum fraudes
Cessent Arta Olim scripta cadunt apost.

Sibilla Tyburtina vixit An.

Nascetur christus in Bethleem annuntiabitur in Nazareth regnante Tauro pacifico fundatore quietis.
O felix illa mater cuius ubera illum lactabunt.
O felix cona ante alias Hebrea puella
Hunc puerum gremio digna fouere suo

Sibilla Cumaea. vixit An. 332.

In prima facie virginis ascendet puella facie pulchra, capillis prolixa, sedensque super sedem stratam puerum nutriens, ataque ei comedendum ius proprium lac de Celo missum
Aspice quis puero Mater sit vict[illegible]
Ne noceat puero, divinor esca, Cave

Sibilla Agrippa.

En visibile verbum palpabitur, germinabit ut radix, siccabitur ut folium, non apparebit ve,
nustas

bustas eius, circundabit maternus et fle-
bit Deus laetitia sempiterna et ab omnib[us]
conculcabitur, nascetur ex matre ut Deus et
conversabitur ut peccator
Factus es opprobium christe et proiectio plebis,
Hunc etiam surgere cunctis esse potest. vij

Sibilla Libyca
Ecce veniet dies et illuminabit Dominus
densa tenebrarum et solvet nexus synagogae
et desinent labia hominum et videbunt Re-
gem viventium et tenebit illum in gremio
virgo domina gentium et regnabit miseri-
cordia et uterus matris eius erit statera cun-
ctorum. Luce micante volat tenebras fugiens
colubri
Tecta venenifero dissolves antra potens

Sibilla Europea
Veniet ille et transibit colles et latices Olym-
pi, regnabit in paupertate et dominabitur
in silentio et egredietur de utero virginis
Hic veniente Deo nova lex [illegible]
Gaudet et Stygii contremuere canes

Sibilla Persica
Ecce bestia conculcaberis et gignetur Dominus
in orbem terrarum et gremium virginis erit
salus gentium et pedes eius in valetudine ho-
minum invisibile verbum palpabit
Vicisti Dux Daemonis en tibi bestia multis
Sanata vulneribus sub pede strata iacet

David Rex Propheta vixit 1075.
Filius meus es tu ego hodie genui te Psal. 2.
Ego primogenitum ponam illum excelsum prae Regibus terrae.
Coram illo procident Aethiopes, inimici eius Psal. 88
terram lingent, Reges Tharsis et insulae munera
offerent Reges Arabum et Saba dona ad-
ducent, et adorabunt eum omnes Reges, omnes
gentes servient ei Psal. 71.
Sorte refers puero candentia lilia forte
Blandidulo, et tenerum cingite flore caput
Esaias vixit An. 800.
Ecce virgo concipiet et pariet filium et vo-
cabitur nomen eius Emanuel Esaiae 7.
Parvulus natus est nob, et filius datus est nob
cuius principatus super humerum eius et vo-
cabitur nomen eius Admirabilis Consili-
arius, Deus, fortis, princeps pacis Esaiae 9.
Mirandus puer hic summo cui nulla ru-
Secula, quod dulcis pax comitata tonent.

# Admonitio Clerici in choro orantis

Canonicas horas si devote legis, oras
Sunt orantes, here cũ corde legunt & orat
Littera neglecta vel syllaba murmure tecta
Dictio nõ recta si sit male lectio lecta
Colligit haec Sathanas si nõ cũ corde laboras
Fragmina verborũ syllabarum colligit horum
Anagß die mille vicibus se praeservat illo
Quid facis extra chorum q debitor officio
Es divinorum, Cur indulges acta vagorum
Desine stare foris, quã Christus ponderat horas,
Et nominando moras distinguunt qualiter oras
Qui psalmos resecant et verba Davidica curtat
Displicent ille Deo dũ placere se putat.
Cum Domino psallis, psallendo tu tria serves
Dirige cor sursum, profer bene respice sensum
Nũc lege, nũc ora, nũc cũ fervore labora
Nũc contemplare, nũc scripturas meditare

Orabo spiritu orabo & mente, psallã spiritu psallam et mente 1 Cor. c. 14.
Ante orationẽ praepara animũ tuũ et noli esse quasi homo q tentat Dñũ Eccli. 18.
Oratio humiliantis se nubes penetrabit et donec propinquet nõ cõsolabitur et nõ di- scedet, donec altissimus aspiciat Eccli. 35.
Maledictus q facit opus Dñi fraudulenter Ierem 48.

# Bellum Caesaris et Pompeii ex Floro.

Jam paene toto orbe pacato, maius erat imperium Romanum
quam ut ullis exteris viribus extingui posset. Itaque invi-
dens fortuna principi gentium populo, ipsum illum in exitium
sui armavit; Et Mariana quidem Cinnanaque rabies intra urbem
praeluserat, quasi experiretur. Sullana tempestas latius, intra
Italiam tamen detonuerat; Caesaris furor atque Pompei
urbem Italiam, gentes, nationes, totum denique qua
patebat imperium quodam quasi diluvio et
inflammatione corripuit. Adeo ut non recte tantum civile
dicatur, ac ne sociale quidem, sed nec externum, sed potius
commune quoddam ex omnibus et plus quam bellum. Quippe
si duces eius inspicias totus senatus in partibus, si
exercitus, hinc 11 legiones inde 18 flos omnis et ro-
bur Italici sanguinis si auxilia sociorum, hinc Galli-
ci Germanicique delectus, inde Deiotarus, Ariobarzanes, Tar-
chondimotus; Cotys, omnis Thraciae Cappadociaeque Cili-
ciae; Macedoniae, Graeciae, Italiae, totiusque robur Orientis; si
moram belli, 4 annis, et pro clade rerum breve tempus.
Si locum et spatium ubi commissum est, intra Italiam; in-
de se in Galliam, Hispaniamque deflexit, Reversumque ab oc-
casu totis viribus in Epiro, Thessaliaque consedit, hinc in Ae-
gyptum subito transiluit; Inde respexit Asiam; Afri-
cae incubuit. postremo in Hispaniam regiravit, et ibi
aliquando defecit. Sed non et odia partium finita cum bello; nec enim
prius quievere quam in urbe ipsa medio senatu eorum
qui victi erant, odia victoris sese caede satiarent. Causa tantae
calamitatis eadem quae omnium nimia felicitas. Siquidem Q.
Metello et Lucio Afranio consulibus; cum Romana ma-
iestas toto orbe polleret, recentesque victorias, Ponti-
cos et Armenios triumphos in Pompeianis thea-
tris Roma cantaret; nimia Pompei potentia apud otio-
sos, ut solet, cives movit invidiam; Metellus ob immi-

nutis

nitum Curiae triumphi, Cato adversus potentes semper obli-
quus, detractare Pompeium actisque eius obstrepere,
Hic dolor transversum egit, et ad praesidia digni-
tati paranda impulit. Forte tum Crassus genere, divitiis,
dignitate florebat, vellet tamen auctiores opes. Caius Cae-
sar eloquentia et spiritu, ecce iam consulatu allevabat;
Pompeius tamen super utrumque eminebat; Sic igitur Caesa-
re dignitatem comparare; Crasso augere; Pompe-
io retinere cupientibus, omnibusque pariter potentiae
cupidis de invadenda Respub. facile convenit.
Ergo cum mutuis viribus in suum quisque decus nite-
retur Galliam Caesar invadit, Crassus Asiam, Pompeius Hispaniam
Tres maximos exercitus etiam sic orbis impori-
um societate trium principum occupatur. Decem
annos traxit ista Dominatio Ex fide quam mutuo
metu tenebant; Crassi morte apud Parthos, et morte
Juliae Caesaris filiae, quae nupta Pompeio generi
socerique concordiam matrimonii foedere tenebat
statim aemulatio erupit. Jam Pompeio suspectae
Caesaris opes; et Caesari Pompeiana dignitas gravis
nec hic ferebat parem; nec ille superiorem (nefas)
sic de principatu laborabant; tamquam duos tanti
imperii fortuna non caperet. Ergo Lentulo Marcelloque
consulibus; rupta prima coniurationis fide de suc-
cessione Caesaris senatus idemque Pompeius agitabat;
nec ille abnuebat: si ratio sui proximis comitiis
haberetur consulatus; absenti quem decem tribuni favente
Pompeio nuper decreverant. Tum dissimulante eo-
dem negabant veniret et peteret maiorum more
ille contra flagitare decreta, ac nisi in fide permanerent
permanerent non se remittere exercitum Ergo

et in hostem decernit. Hic Caesar agitatus statuit
praemia armorum armis defendere. Prima civilis belli arena
Italia fuit, cuius arces levibus praesidiis Pompeius
insederat, sed omnia subito Caesaris impetu oppressa sunt.
Prima Arimino signa cecinerunt, tum pulsus Etruria Libo,
Umbria Thermus, Domitius Corfinio, et peractum erat bellum
sine sanguine, si Pompeium Brundusii opprimere et ce-
perat potuisset. Sed ille per obsessi claustra portus, noc-
turna fuga evasit. Turpe dictu: modo princeps patrum
pacis belliquae moderator, per triumphatum a se mare lace-
ra et paene inermi navi fugiebat. Nec Pompeius ab
Italia quam Senatus ab urbe fugatur prior, quam paene
vacuam metu Caesar ingressus Consulem se ipse facit. Ae-
rarium quoque sanctum quod quia tardius aperiebant tribu-
ni, iussit effringi, censumque et patrimonium populi Ro-
mani ante rapuit quam imperium. Pulso fugatoque
Pompeio maluit prius ordinare provincias quam ipsum
sequi. Siciliam et Sardiniam annonae pignora, per le-
gatos habuit, nihil hostile erat in Gallia, pacem ipse
fecerat. Sed ad Hispanienses Pompei exercitus trans-
eunti per eam duci portas claudere ausa Massilia est.
Misera dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit,
quia tuta muris erat vinci eam sibi iussit absenti. Grae-
cula civitas non pro mollitia nominis et vallum rumpere
et incendere machinas ausa et congredi navibus. Sed
Brutus cui mandatum erat bellum, victos terra mari-
que perdomuit, mox dedentibus sese ablata omnia; prae-
ter quam potiorem omnibus habebant libertatem. Anceps
variumque et cruentum in Hispania bellum, cum legatis Cn.
Pompeii Petreio et Afranio quos Ilerdae castra haben-
tes apud Sicorim amnem obsidere et ab oppido inter-
cludere aggreditur. Interim abundatione verni flu-
minis commeatibus prohibetur. Sic fame castra temptata
sunt